

CAROLIA LINNÆ,

ÆQUIT. AVRAT. DE STELLA POLARI,

ACAD. PARIS. MEMBR. etc.

SYSTEMA

NATVRAE,

PER

REGNA TRIA NATVRAE,

SECVDVM

CLASSES, ORDINES, GENERA,

SPECIES

CVM

CHARACTERIBVS, ET DIFFERENTIIS.

TOMVS II.

*Editio decima tertia,
ad Editionem duodecimam reformatam Holmiensem.*

VINDOBONAE,

TYPIS IOANNIS THOMÆ NOB. DE TRATTNERN,

CÆS. REG. AULÆ. TYPOGRAPHI ET BIBLIOP.

MDCCLXX.

*Opera IEHOVAE magna!
exposita omnibus, qui delectantur illis,
gloriosum et decorum opus Eius!*

DAVID.



REGNUM VEGETABILE.

FLOS est Plantarum gaudium,
tum se novas, aliasque quam sunt, ostendunt,
tum variis colorum picturis in certamen usque luxuriant.

PLIN. XVI. 25.

1. NATURA creata, continuato Semine, ope elementorum, modificat Terras in *Vegetabilia*; vegetabilia in *Animalia*, vix contra; vtraque resoluit iterum in *Terras*, circulo perenni aucto.
2. VEGETABILE est vita composita, absque motu voluntario.
3. TRIBVS Vegetabilium tres vulgo numerantur:
MONOCOTYLEDONES: Fruges: 1, 2, 3.
DICOTYLEDONES: Plantae: 4, 5.
ACOTYLEDONES: Cryptogama: 6, 7, 8, 9.
4. GENTES, e quibus incolae confluerunt, potissimum sunt:
 1. PALMAE. PRINCIPES, Indici, Spathacei spadiferi, fluxi, eminentes celsitudine eximia, spectabiles caudice inuariato simplicissimo perennante, coronati coma frondosa semperuirente, opulentes gazis fructuum opimis. *Hi Tributarii sunt animalium Primatibus, imprimis eorum Principi cohabitanti.*
 2. GRAMINA. PLEBEII, Campestris, Culmiferi glumacei, Rustici vulgatissimi simplicissimi viuacissimi, constituentes vim roburque regni, quoque magis multati et calcati, magis multiplicatiui. *Hi Tributarii sunt e vili penu, animalibus plerisque phytiphagis, horumque Cerealia imprimis eorum Principi hospitanti.*

REGNUM VEGETABILE.

3. **LILIA. PATRIII**, Lucares, Bulbosi triarii, superbientes vestimentis fulgentibus festiuis. *Hi pascunt oculos condecorantque regnum venustate aulaeorum splendidissimorum.*
4. **HERBAE. NOBILES**, Pratenses, Annotini, Polymorphi. *Hi ornant regnum Structura admiranda, Sapore multifario, Odore fragrante, Colore florido.*
5. **ARBORES. PROCERES**, Syluatici, e Nobilium ordine perennantes caudice, stipati pedissequis Seruis, sustentantes inauspicato clientes Parasiticos. *Hi attollunt capita, arcant Ventos, inuibrant Aestuantem, humectant inconspicuo imbre, alliciunt Vocales, perficiunt Fructus; tamquam totidem Naturae Horti.*
MILITES armati Spinis Aculeisque, e Plantis vtrisque adscriptiui. *Hi arcant Mammalium hostium iniurias.*
6. **FILICES. NOVACCOLAE**, Latebrofi, Stipitati, Dorsiferi, macres. *Hi praeparant posteris Terram.*
7. **MVSCI. SERVI**, Hyemales, Imbricati Calyptrati, Reuiscens, impasti, loca omnia a prioribus relicta occupant numerosissimi. *Hi Radices incolarum fouent: ne adurantur a Bruma Hyberna; ne exsiccentur a Sivio Aestiuo; ne euellantur a vicissitudine Vernali; ne corrumpantur a Putramine Autumnali; colligunt etiam pro dominorum peculio Humum daedaleam.*
8. **ALGAE. VERNACVLI**, Aquigeni, Squalentes, rediuiui, abstemii, nudiusculi. *Hi inchoant culturam primam Vegetationis.*
9. **FVNGI. NOMADES**, Autumnales, Barbari, Denudati, putidi, furaces, voraces. *Hi flora reducente Plantas hyematum, legunt relictas earum quisquiliis sordesque.*
5. **TEXTVRA** vegetabilium e *Vasis succosis.*
Tracheis Aëreis.
Vtriculis secretoriis.

6. **SVBSTANTIAE** vegetabilium ex *Epidermide* externe obducente *Corticem*, deponentem interiore latere *Librum*, secedentem in *Lignum* annotinum rigidum, obducentes *Medullam*.
7. **PARTES** Vegetabilium primariae tres sunt:
RADIX descendens, aquosa sorbens, *nutriens*.
HERBA adscendens, aërea spirans, *mouens*.
FRUCTIFICATIO pandens, aetherea halans, *generans*.
8. **RADIX** terrenis humentibus inserta exserit *Radiculas* capillares, saepe superne concurrentes in solidum, *Caudicem* descendentem sub terra, aut etiam *adscendentem* supra terram.
9. **HERBA** annua, aëreis commissa, constat *Hybernaculo*, *Trunco*, *Folio*, *Fulcro*:
HYBERNACVLVM compendium Herbae totius, squamosum:
BVLBVS e basibus Foliorum praeteritorum.
GEMMA e rudimentis Foliorum futurorum.
10. **TRVNCVS** attollens Herbam Fructificationemque est vel:
 (RAMI Partes Trunci sunt).
CAVLIS Herbae foliosus.
CVLMVVS Graminis: saepius geniculatus articulis inanibus.
SCAPVS Radicis aphyllus floriferus.
PEDVNCVLVS ramus *Caulis* floriferus.
PETIOLVS ramus *Folii*ferus, folio proprius.
STIPES a Folio non distinctus: *Palmis*, *Filicibus*.
11. **FOLIVM** expandens per aëra superficiem, volatile, saepe petiolatum.
FOLIOLVM parziale est *Folii* *compositi*.
FRONS Folium e stipite factum: *in Palmis et Filicibus*.
12. **FVLCRVM** administrans pro Vitae necessitate:
STIPVLA Foliorum, ad eorum basin, foliacea.
BRACTEA Florum, ad florum pedunculorumue basin foliacea.
PVBES vestiens villositate.
GLANDVLA secernens liquorem.
SPINA terminans *cornu* lignoso.
ACVLEVS sparsus *ungue* cortici tantum inserto.
CIRRHVS scandens *filo*.
13. **FRVCTIFICATIO** temporaria, terminans, lege naturae spontanea dehiscens metamorphosi, vt substantia *Interna* pateat *Flore* et *Fructu*.
FLOS fit e *Calyce*, *Corolla*, *Staminibus*, *Pistillis*.
FRVCTVS e *Pericarpio* praegnante *Seminibus*, affixis *Receptaculo*.

14. CALYX Tegmentum exterius Floris e *Cortice*, cuius species 7.
 VOLVA *Fungi*, lacera.
 CALYPTRA *Musci*, cucullata.
 SPATHA *Palmae*, vaginata.
 GLVMA *Graminis*, saepius bivaluis.
 PERIANTHIUM *Plantae*, corollae approximatum.
 INVOLVCRUM *Plantae*, a flore remotum, saepius umbellae.
 INVOLVCELLUM parziale involucri.
 AMENTUM *Gemmaceum* imbricatum, commune.
15. COROLLA Tegmentum interius Floris e *Libro*.
 PETALUM membranaceum: *Limbo* aut *Laminis*.
Tabo aut *Vaguis*.
 NECTARIUM nectariferum proprium, mel promens.
16. STAMEN Viscus exterius e *Ligno*; *Genitale Masculum*.
 FILAMENTUM sustinens *Antheram*.
 ANTHERA foeta granulato *Polline*, et hoc *Fouilla*.
17. PISTILLUM Viscus interius e *Medulla*; *Genitale Feminum*.
 GERMEN Fructus rudimentum, inferius.
 STYLVS a germine eleuans *Stigma*, intermedius.
 STIGMA roridum, pubescens, supremum.
18. PERICARPIUM *Germen* defloratum seminiferum.
 CAPSVLA membranacea, *valuis* dehiscens varie in variis.
 SILIQA membranacea, *bivaluis*, futura vtraque seminifera.
 LEGVMEN membranaceum, *bivalue*, futura altera seminifera.
 FOLLICVLVS membranaceus, *uniualuis*, latere dehiscens, a
 seminibus distinctus.
 BACCA pulposa, *Seminibus* distinctis.
 DRVPA pulposa, *Nucleo* osseo.
 POMVM pulposum, *Capsula* includente semina.
 STROBILVS imbricatus *Amenti* coarctati.
19. SEMEN *Ouum*, noua planta praegnans, deciduum, tunica-
 tum.
 HILVM cicatrix umbilicalis.
 COTYLEDONES bibulae placentam vterinam constituentes.
 CORCVLVM nouae plantae compendium, connectens coty-
 ledones:
 e *Rostello* acuminato, deorsum germinante.
 e *Plumula* imbricata, sursum excrecente.
 PAPPVS interdum coronat semen.
 ARILLVS interdum includit partialiter semen.

20. RECEPTACVLVM : *basis* partes fructificationes connectens.

PROPRIVM vnius floris.

COMMVNE pluribus *flosculis* sessilibus.

VMBELLA inter calycem et florem, elongatum in pedunculos aequatos.

VMBELLVLA partialis umbella.

CYMA umbella composita ramulis alternis.

SPADIX intra Spatham, praepremis Palmae.

RACHIS Spicae Graminis, cui flores insculpti.

21. MACHINAE Vegetabilis substantia constat duplici contraria:

CORPORA externa, includens, nutritiva, descendens, terrenis adhaerens, studiose medullam incarcerans, duriuscula, apice tenerrimo accrescens.

MEDVLLA interna, inclusa, viuificans, basi deliquescens, apice ascendens, multiplicatione diuisibilitate terminoque infinita, in creatione accensa, a primordio occulte festinat lenteque versus minimam resistantiam ad summum, suum exitum; quo vero corporeum coarctans debilius eo claustra citius reserat metamorphosin subitura, quaeque euasura sese cum corpore copulat, vt in nouas dispergenda vitas circulus perennet.

22. GERMINATIO fit dispersis *Seminibus*, per *Hilum* absorbentibus aquam, vnde rumpuntur membranae a bibulis tumetibus *Cotyledonibus*, lactantibus *Corculum*, vsque dum foetus *Rostellum* Radiculas exserat, quo erigatur *Plumula* accrescens in *Herbam* anni, terminatam *Gemma* supra-decomposita.

23. VEGETATIO fit *Radiculis* sugentibus tincturam aquosam Humi, quae, calore quotidie addito, lente, pellitur per corporei externi vasa, vnde nutritio exterioris interiorisque plantae, exhalante superfluo, *Cortice* deponente ab interiore pariete *Librum*, quotannis secedentem in substantiam *Ligneam* (ex Annulis annotinis interstinctis Alburno, demum ab emarcidis inferioribus ramis subossificato) sustentaturam Caudicem ascendentem, intra cuius apices *Medulla* viua properat (*).

(*) NATVRA vbique in finem sui properat;
in originem parce utitur viribus;
in decursu fallentibus incrementis se dispensat;
in exitu ad ruinam toto impetu venit.

MEDULLAM concipio fasciculum e fibris Nerueis isocelam formantibus, in qua vis vitalis pellens rumpit extimos nervos, hinc diuergentes, penetrantes corticem etiamnum subgelatinosum, vbi hi nerui medullares apice similiter multiplicantur in *Gemmam*. A dissecto, per hunc neruum, vase adscendente, impeditoque subtus adscensu humoris propulsi, extenditur corticale in *Folium*.

FOLIUM hoc, quod exercetur volatu ventorum, attrahit praeparatque (exceptis Parasiticorum, antea praeparatorum) humores, pagina superiore a luce electricum inspirat, pagina inferiore roridum perspirat, a casu nunquam renasciturum.

DECLARATUR vero Larua herbae, vbi Medullae maior propulsio, quam includentis Corporei retentio, quo aperitur substantia *Corticis* in *Calycem*, *Libri* in *Corollam*, *Ligni* in *Stamina*, *Medullae* in *Pistilla*, terminante vegetationem noua vita, collectis filis in vltima Medullae *Semina*.

24. **PROLEPSIS** sistit Metamorphoseos Plantarum mysterium, quo *Herbae Larua* mutetur in *Declaratam Fructificationem*; *Plantae* enim est producere vel *Herbam* foliosam, vel etiam *Fructificationem*.

FOLIUM genuinum semper in sinu fouet *Rami* multiplicantis principium, siue actu, siue potentia tale; cumque *Folium* sit natum ob huius causam, nec vicissim, nequit existere *Folium*, nisi hoc principium perforauerat antea corticem, e quo ortum est, licet effectus ante suam causam manifestus.

GEMMA genuina est *Rami* futuri compendium, in quem demum explicabitur. *Gemma* semper constat *Squamis*, totidem *Foliorum* rudimentis, etiamnum (a futuro ramulo non dum elongato) approximatis. *Cumque* *Folia* sine *Gemma* existere nequeant, necesse est quod *Gemma* lateat in sinu cuiusuis squamae gemmaceae, confirmante autopsia, adeoque nequit omnis *Gemma* aliud esse, quam corpus a foliis et gemmulis compositum. Sequitur itaque quod omnis *Gemma* constet *Foliis* cum suis *Gemmulis* et hae *Gemmulae* similiter ex minoribus squamis et gemmulis, et sic porro vsque in quintam progeniem (vt in *Voluoce*), nec vltra, confirmante metamorphosi. Ergo *Ramus* foliosus praesentis anni, foetus sit ramulis omnibus per *quinquennium* prodituris, succedentibus semper nouis ad extremos apices, in defoliatorum, ad basin, locum, vt numerus quinaris perrennet.

rennet. Hoc fit in *Arboribus*, vbi medulla moratur a duriori substantia lignea; in *Plantis* annuis autem, vbi minor resistentia corporei laxioris versus medullam, valet haec breuius, absque mora gemmacea exire in Flores; quodcunque enim valet propulsionem Medullae augere et inclusiuam vim Corporei debilitare, id promouebit Florescentiam.

FLOREM dum producat Arbor, Natura anticipabit quinque annorum progenies, simul tum prodituras, formando e foliis gemmaceis futuri anni *Bractæas*, sequentis *Calycem*, insequentis *Corollam*, consequentis *Stamina*, subsequens *Pistillum*, refertum Medulla granulata *Seminum*, termino vitae vegetantis.

25. FLORESCENTIA sinit Plantarum *Sponsalia* in Flore, (*) et *Nuptias* in Anthesi.

FLOS, exuta Herbae Larua, prodit Planta declarata, interna, nuda et perfecta instar *Insecti* alligati volitantis: *Coleoptrati* Calyce, *Alati* Corolla, constantis solis *Visceribus* Genitalibus: *Masculis* staminibus ex *Antheris Testicularibus*, repletis Polline *genitali*, continente *Fouillam* viuificantem, et *Femineis* Pistillis ex *Germinis ouario*, terminato *Stigmate vuluifero*, tecto *pube* tubulosa, resudante *Lympham genitalem*.

ANTHESIS peragitur, dum *Antherae* ruptae spargunt suum *Pollen* vesiculare supra *Stigma*, quo effiat hoc inclusam *Fouillam* masculam, absorbendam a *Lympha genitali* feminea resudante, vt corporeum masculum addito *Femineo* medullari conficiat *ouum*, in iustam maturitatem fouendum intra *Ouarium*.

26. PRINCIPIVM Fructificationis, Fundamentum Botanices, est altius repetendum.

PROBLEMA: Supponas D. O. O. in primordio e simplici progressum ad composita; e paucis ad plura! adeoque a primo Vegetabili principio, tot tantum creasse plantas diuersas, quot *ordines Naturales*. Has ordinum plantas, IPSVM dein ita inter se generando miscuisse, vt totidem exorirentur plantae, quot hodie distincta existunt *Genera*. Naturam dein *Genericas* has plantas, per generationes ambigenas (quae structuram floris non mutant) inter se miscuisse et multiplicasse in *Species* existentes, quotquot possibiles, exclusis tamen e numero specierum, ab eiusmodi generatione productis *Plantis Hybridis*, vtpote sterilibus.

(*) *Sponsalia plantarum. Amoen. acad. XII.*

GENVS itaque omne est naturale, confirmante natura, saltum non faciente.

CHARACTER ergo non constituat unquam genus, sed sedulo secundum Genus naturae conficiendus est.

PLANTAE congeneres sunt quoad genus dignoscendae et planta declarata, cum generatio ambigena illibata relinquat Fructificationem; sed distinguendae in specie secundum Herbam a sociis sororibus, diuerso patre productis.

DIAGNOSIS sic plantae consistit in affinitate *Generis* et in discrimine *Speciei*.

NAMEN plantae itaque, ut utramque diagnosin indigitet, duplex erit: *Genericum Cognomen gentilitium.*

Specificum Praenomen triuiale.

sub hoc vero *Synonyma* vaga authorum.

BOTANICVS sequendo *Classificationes*, per *Characteres* plantae declaratae ducitur ad *Genus* nominatum; per *Differentias* Laruae ad *Speciei* appellationem; inde ad huius *Synonyma*; ex his ad *Authores*; exinde ad *omnia*, quae de obiecto quaestionis, seculi beneficio ad nos peruenere. Sic dicat ipsa planta suum *Nomen*, suamque *Historiam* in tanta multitudine specierum imo indiuiduorum; hoc finis Botanices primus, seculi nostri inuentum, in quod perficiendo desudabunt omnes Botanici veri.

27. **BOTANICVS** verus desudabit in augendo amabilem *Scientiam*:

DESCRIPTIONES conficiat verbis characteristicis, Plantarum imprimis obscuriorum, rariorum nouarumque, ad normam *Delineationis* plantae, more *C. L. filii et Schreberii in Decuriis*.

FIGURAS, si poterit, addat, quae representent Plantam perfectam, quales dedere *Vaillant, Willenius, Ehret, Jacquin, Trew, Schmiedel, etc.*

DIFFERENTIAS specificas eruat compendiosas, propriissimasque.

SYNONYMA authorum inquirat, imprimis selectiora; uti *Hallerus*.

GENVS naturale semper *Speciei* praefigat, et ubi nouum, *Charactere* naturali definiat ex omnium partium fructificationis situ, figura, numero, proportione.

SPECIES vagas nouasque ad certa genera referat, uti *Tournefort, Plumier, Browne, Jacquin*.

ORDINEM naturalem, ubi patet, indigitet.

STATIONES cuiusuis plantae notet, ideoque plures *Floras*, ubi licet, producat, imprimis *Austriales* et *Exoticas*.

PROPRIETATES observet, quales *Duratio, Seminatio, Gem-
matio, Vernatio, Aestivatio, Nuptiae, Frondescentia, Calen-
darium, Horologium, Somnus, Qualitates.*

VSVS addat; quales vsus *Naturae* (Panis Pandoraeque) *Me-
dicus, Oeconomicus* etc. et quaecunque in his cedant im-
primis in gloriam Authoris et in commodum generis
Humani, vt posteri demum obambulent in serena luce.

BOTANOPHILI Fallaces, **Ephebi**, **Hirquitallientes**:

Leges Artis proclamant, antequam Naturales didicere.

Absonos extollunt, Praestantiores rodunt zelo stomachoso.

Compilant furtim aliena, propria vix detegunt.

Grano eruditionis reperto stentorii ebuccinant.

Genera e male assumtis lacerant, multiplicant.

Methodum naturalem sibi notam crepant.

Dedisti mihi DOMINE artem,
meam mercedem,
et in illa laudabo nomen Tuum.

David.

DELINEATIO PLANTAE.

I. THEORIA.

GENVS. Nomen *selectissimum*.

Character naturalis, essentialis, artificialis.

Classis Ordoque *Systematis praestantissimi*.

Ordo naturalis *demonstrandus*.

SPECIES. Nomen triuiuale.

Differentia specifica *demonstranda: certissima, breuissima*.

Synonyma e descriptione *s. figura selecta; vernacula*.

CRITICA. Etymologia nominis *generici, specifici*:

Inuentor *cum tempore*.

Eruditio Historica, Critica, Antiqua.

II. DESCRIPTIO.

RADIX *duratione* annua, biennis, perennis.

figura a. fibrosa, ramosa, fusiformis, praemorsa.

b. repens, articulata, dentata.

c. globosa, tuberosa, fascicularis, palmata.

d. bulbosa, granulata.

TRVNCVS *specie* Caulis, Culmus, Scapus, Stipes.

duratione herbaceus, suffruticosus, fruticosus, arbo-
reus.

solidus, inanis, fistulosus.

mensura a. (proportio ad folia reliquasque partes.)

b. crassities *ex simili notissimo*.

directione a. erectus, strictus, rigidus,

laxus, obliquus, adscendens,

declinatus, incuruatus, nutans,

diffusus, procumbens, stoloniferus.

b. sarmentosus, radicans, repens.

c. geniculatus, flexuosus, scandens,

volubilis: *sinistrorsum, dextrorsum*.

figura a. teres, semiteres, compressus,

anceps, 3-10 angulatus,

acutangulus, obtusangulus.

b. 3-6 gonus, 3-5queter.

- vestitu* nudus, aphyllus, foliatus, vaginatus, squamosus, imbricatus.
- superficie* a. suberosus, rimosus, tunicatus, b. laevis, striatus, fulcatus, c. glaber, scaber, muricatus, tomentosus, villosus, hispidus, aculeatus, spinosus, vrens. d. stipulatus, membranatus, bulbiferus.
- compositione* a. enodis, simplicissimus, simplex, integer. b. articulatus, prolifer, dichotomus, brachiatus. c. subramosus, ramosus, ramosissimus. d. virgatus, paniculatus, fastigiatus. e. patens, diuaticatus.
- RAMIS** a. structura Caulis, Frondis. b. alternis, distichis, sparsis. confertis, oppositis, verticillatis. c. erectis, coarctatis, diuergentibus, diuaticatis, deflexis, reflexis, retroflexis, fulcratis. d. altitud. caulis, longis, breuibus, patentibus.

FOLIA

- determinatione loco* radicalia, caulina, ramea, axillaria, floralia,
- numero* vnicum, duo, tria, pauca, plurima.
- situ* a. alterna, disticha, bifaria, sparsa, conferta, imbricata, fasciculata, bina, terna, quaterna, quina, confluentia, approximata, remota. b. opposita, decussata, stellata.
- directione* a. erecta, stricta, rigida, adpressa, patentia; horizont. assurgentia, inflexa, reclinata, recuruata, reuoluta, dependent. b. obliqua, aduersa, verticalia, resupinata. c. submersa, natantia, radicantia.
- insertione* a. petiolata, peltata. b. sessilia, adnata, coadunnata, decurrentia, amplexicaulia, perfoliata, connata, vaginantia.

stru-

- structura figura* a. subrotunda, orbiculata, ovata, ovalia.
 b. oblonga, parabolica, cuneiformia, spatulata.
 c. rotundata, lanceolata, elliptica, linearia, acerosa.
- angulis* integra, 3-5 angularia, deltoidea, rhombea, trapeziformia.
- sinibus* a. cordata, reniformia, lunata, sagittata, hastata, panduriformia, runcinata.
 b. fissa, 2-5 loba, 2-fida, 3-5 partita, palmata, lyrata, pinnatifida, sinuata, laciniata, squarrosa.
- marginibus* a. integerrima, crenata, ferrata, ciliata, dentata, spinosa, cartilaginea.
 b. repanda, lacera, erosa, daedalea.
- apice* a. obtusa, emarginata, retusa, praemorsa, truncata.
 b. acuta, acuminata, cuspidata, mucronata, cirrosa.
- superficie* a. pagina: superiore, inferiore, nuda, glabra, nitida, lucida, colorata.
 b. nervosa: trineruia, trineruata, triplineruia, eneruia, lineata, striata, sulcata.
 c. venosa, rugosa, bullata, lacunosa, aenea.
 d. punctata, papillosa, papulosa, viscida.
 e. villosa, tomentosa, sericea, lanata, barbata, pilosa, scabra, hispida, aculeata, strigosa.
- expansione* plana, canaliculata, concava, convexa, cucullata, plicata, undata, crispa.
- substantia* a. membranacea, scariosa, gibba, teretia, depressa, compressa, carinata.
 b. compacta, tubulosa, pulposa, carnosae.
 c. triquetra, ancipitia, lingulata, ensiformia, subulata, acinaciformia, dolabriformia.
- mensura* breuissima, longissima respectu ad caulem articulosae.
- duratione* decidua, caduca, persistens, perennia, semperverens.

COM-

Ob loco obuerse, e. gr. obcordata, obouata, etc.

Sub loco fere, e. gr. subcordata, subouata, etc.

Coadunantur saepe figurae eiusdem diuisionis, non vero diuersae, bene lanceolato-ovata, ovato-lanceolata etc, male lanceolato-acuta, ovato-mucronata.

compositione *Composita* articulata, Coniugata.

Digitata: binata, ternata, quinata.

Pedata.

Pinnata: biiuga, triiuga, quadriiuga, etc.
cum impari, abrupta, cirrhosa.

Foliolis oppositis, alternis, interruptis,
decursiuis.

Decomposita

Supradecomposita

bigemina, biternata, bipinnata,

tergemina, triternata, tripinnata.

FVL CRA: Petiolus, Stipula, Cirrhus, Pubes, Arma, Pedunculus, Bractea.

PETIOLVS *figura*

linearis, alatus, clauatus.

membranaceus, teres, semiteres, triquet-

ter,
canaliculatus.

magnit. breuissimus, breuis, mediocris,

longus, longissimus,

insert. insertus, adnatus, decurrens,

amplexicaulis, vaginans, appendiculatus.

direct. erectus, patens, assurgens, recurvatus.

superf. glaber, aculeatus, nudus,

articulatus, spinefcens.

STIPVLAE'

a. geminae, solitariae, nullae.

b. laterales, extrafoliac., intrafoliac., oppositifoliae.

c. caducae, deciduae, persistentes, spinefcentes.

d. sessiles, adnatae, decurrentes, vaginantes.

e. subulatae, lanceolatae, sagittatae, lunatae.

f. erectae, patentes, reflexae.

g. integerrimae, serratae, ciliatae, dentatae, fissae.

h. breuissimae, mediocres, longae.

CIRRHVS

a. axillaris, foliaris, petiolaris, peduncularis.

b. simplex, trifidus, multifidus.

c. conuolutus, reuolutus.

PVBES

a. pili, lana, barba, tomentum, strigae.

b. setae: simplices, hamosae, ramosae, plumosae,
stellatae.

c. hami, glochides.

d. Glandulae, Vtriculi.

foliaceae, petiolares, pedunculares, stipulares.

e. viscositas, glutinositas.

ARMA

- ARMA** a. *Aculei*: recti, incurui, recurui.
 b. *Furcae* bifidae, trifidae.
 c. *Spinae* terminales, axillares, calycinae, foliaries, simplices, diuisae.
 d. *Stimuli* pungentes, vrentes.

- BRACTEAE** a. coloratae, caducae, deciduae, persistentes.
 b. vna, duae, plures.
 c. *Coma*.
 d. *Foliorum caetera addenda*.

- PEDUNCVLVS** partialis (a-c), communis, **Pedicellus**,
 a. *loco* radicalis, caulinus, rameus, petiolaris, cirrhiferus, terminalis, axillaris, oppositifolius, lateriflorus, interfoliaceus, suprafoliaceus, extrafoliaceus.
 b. *situ* alternus, sparsus, oppositus, verticillatus.
 c. *numero* solitarius, geminatus, umbellula *sessilis*.
 d. *directione* adpressus, erectus, patens, cernuus, resupinatus, declinatus, nutans, flaccidus, ascendens, pendulus, strictus, flexuosus, retrofractus.
 e. *mensura* brevis, breuissimus, longus, longissimus.
 f. *multiflorus*, uniflorus, biflorus, triflorus, etc. multiflorus.
 g. *structura* teres, triqueter, tetragonus, filiformis, attenuatus, clauatus, incrassatus, nudus, squamosus, foliatus, bracteatus, geniculatus, articulatus.

INFLORESCENTIA, graduale modificatione scandit:

Spadix, Cyma, Umbella, Umbellula, Aggregatam,
 Composita, Spica, Amentum, Strobilus, Corymbus,
 Racemus, Panicula, Thyrsus, Fasciculus, Capitulum,
 Verticillus, Lateriflor. etc.

Flores terminales, laterales, sparsi, sessiles, pedunculati, vnicus, solitarius, terni etc. copiosi, erecti, cernui, nutantes, resupinati, verticales, horizontales.

- a. **VERTICILLVS** a. sessilis, pedunculatus.
 b. nudus, involucreatus, bracteatus.
 c. confertus, distans.
 b. **CAPITVLVM** a. subrotundum, globosum, dimidiat.
 b. foliosum, nudum. **Fasciculus**.

- c. SPICA
 - a. simplex, compos. spicillis, glomerat.
 - b. ouata, ventricosa, cylind. interrupta
 - c. imbricata, articulata, ramosa, linearis; ciliata, foliacea, comosa. simplex, compositus.
 - d. CORYMBVS nudus, foliatus.
 - e. THYRSVS
 - f. RACEMVS
 - a. simplex, compositus.
 - b. unilateralis, secundus, pedatus, coniugatus.
 - c. erectus; laxus, dependens.
 - d. nudus, foliatus.

g. PANICVLA Trunci structura.

FRUCTIFICATIO ex numero, figura, proportione, situ partium.

Simplex. Composita ex Flosculis.

CALYX Perianthium fructificationis, floris, fructus.

Proprium a. monophyllum, polyphyllum.

- b. 2-5 fidum, 2-5 partitum, integrum.
- c. tubulosum, patens, reflexum, inflatum.
- d. abbreviatum, longum, longitud. tubi.
- e. obtusum, acutum, spinosum, aculeatum.

f. aequale, inaequale, labiatum.

Commune imbricatum, squarrosum, calyculatum, scariosum.

Inuolucrum a. vniuersale, parziale, proprium.

b. monophyllum-polyphyllum.

Gluma a. uniflora, 2-multiflora.

b. univaluis, bivaluis, multivaluis.

c. colorata, glabra, hispida.

Arista a. mutica, terminalis, dorsalis.

b. recta, tortilis, geniculata, recuruata.

Amentum squamosum, nudum.

Spatha univaluis, bivaluis, dimidiata.

Calyptra recta, obliqua.

Volua approximata, remotissima.

COROLLA Petali a. Tubus f. Ungues; Limbus f. Laminae.

b. monopetala, 2-6-polypetala.

c. regularis, irregularis, inaequalis.

d. globosa, campanul. infundibuliform. rotata.

ringens, personata: labio superiore et inferiore; Rictu; Palato.

cruciata, concava, patens.

Papilionacea: vexillo, alis, carina.

- e. Composita: ligulata, tubulosa, radiata.
 f. Color.
- STAMINA** *Nectarium* proprium, petalinum.
Filamenta numero, figura, insertione, proportione.
 aequalia, inaequalia; connata.
Antherae distinctae, connatae; laterales, incumbentes, erectae.
 loculi, apertura.
- PISTILLUM** *Pollen* figura.
Germen superum, inferum.
Stylus numero, proportione, diuisione, figura.
Stigma numero, figura.
- PERICARPIMUM** *Capsula*: figura, valuulae, loculamenta, dissepimenta.
 bicapsularis etc. bilocularis etc.
 didyma, tricocca etc.
- Siliqua* figura, compressa, torulosa, articulata.
Dissepimentum parallelum, transuersum.
- Legumen* figura, articulata, 1-2 locularis, isthmis.
Folliculus uniuersalis, figura.
- Drupa* succulenta, sicca.
Pomum figura, loculamenta.
- Bacca* monosperma etc. nidulantia femina
Strobilus figura totius, squamarum.
- SEMEN** numero, figura, loculis, superficie, consistentia.
Hilum, *Corculum*.
Corona: *Pappus* stipitatus, capillaris, plumosus,
 Cauda, hamus, calyculus.
Nux unilocularis, bilocularis etc.
Arillus cartilagineus, succulentus.
- RECEPTACULUM** fructificationis, floris, fructus.
Commune a. nudum, punctatum, pilosum, paleaceum.
 b. planum, conuexum, unicum, subulatum.
- Compositus flos ex Flosculis*.
Aggregatus flos.
Umbella a. simplex, composita ex *Universali Partialisque*, prolifera.
 b. concaua, fastigiata, conuexa.
 c. erecta, nutans.
- Cyma* nuda, bracteata.
Spadix a. uniflorus, multiflorus.
 b. simplex, ramosus.
 c. *Rachis spica*.

III. HABITVS.

- GEMMATIO** *Bulbus solidus, tunicatus, squamatus, caulinus.*
Gemma origine petiolaris, stipularis, corticalis.
contento foliaris, floralis, communis.
- VERNATIO** *conduplicata, conuoluta, inuoluta, reuoluta,*
imbricata, equitans, obuoluta, plicata,
circinalis.
- AESTIVATIO** *conuoluta, imbricata, conduplicata, valuata, in-*
aequivaluis.
- TORSIO** a. *conformis, difformis.*
 b. *dextra, sinistra, reciproca.*
 c. *resupinata, circinalis.*
- VARIATIO** *coloris, magnitudinis, pubescentiae, aetatis.*
Externa: plicata, fasciata.
latifolia, tenuifolia, crispa.
mutica.
Interna: a. mutilata, grandiflora.
 b. *multiplicata, plena, prolifera, cristata.*
 c. *viuipara, bulbiger.*
- SPONSALIA** *Mas, Femina, Androgyna, Hermaphrodita.*
Generationis mysteria.
- SEMINATIO.** *Seminis cauda, ala, pappus,*
hamuli, gluten, curuatio.
Pericarpium baccatio, inflatio, viscositas, elasticitas,
structura.
- PLACENTATIO** *Dicotyledonis, Acotyledonis, Polycotyle-*
donis.

IV. STATIO.

- CLIMA** *boreale, mediterraneum, Alpinum.*
Marinum.
orientale, australe, occidentale, indicum;
- SOLVM** *lacustre; littorale, maritimum, salsum,*
palustre, inundatum, vliginosum, caespitosum,
nemorosum, syluaticum, aruense,
pratense, campestre, montanum,
ruderale, cultum.
- TERRA** *Humus, Argilla, Creta, Arena.*
Parasitica.

V. TEMPVS.

GERMINATIO dierum, mensium, annuum, bienne.

FRONDESCENTIA *Vernatio* praecox, aequalis, ferotina.
Autumnatio praecox, lena, cunctanea.

CALENDARIVM 1. Germinati Frondescentiae, Florescentiae.
2. Grossificationis, Maturationis, Messis.
3. Exsolationis, Defoliationis, Congelationis.
4. Brumalis, Glacialis, Regelationis.

HOROLOGIVM a. *Vigiliae* meteoricae, tropicae, aequinoctiales.
b. apertionis, reclusionis.

SOMNVS conuiuens, includens, circumsepiens, muniens, con-
duplicans, inuoluens, diuergens, dependens, in-
uertens, imbricans.

DVRATIO *Plantae* caducae, sensiles, perpetuae.
Flores ephemeris, tridui, menstrui.
Fructus praecoces, ferotini, annui.

VI. QVALITAS.

ODOR : Ambrosiacus, Fragrans, Spirans, Aromaticus, Orgasticus.
Hircosus, Nidorosus, Teter, Nauseosus, Virosus.

SAPOR : Aquosus, Acidus, Pinguis, Dulcis, Mucosus.
Siccus, Amarus, Stipticus, Acris, Salsus.

COLOR Hyalinus, Ruber, Purpureus, Albus, Tristis,
Niger, Luteus, Viridis Cinereus, Testaceus.

TACTVS Humidus, Tomentosus, Succosus, Carnosus, Viscidus.
Aridus, Lucidus, Scariosus, Membranaceus, Scaber.

MENSVRA Linearis, Pollicaris, Spithamaeus, Pedalis,
Vngularis, Palmaris, Dodrantalis, Orgyalis.

VII. VSVS.

NATVRALIS *Oeconomia* naturae eiusque *Politia*.
sympathia l. antipathia.
Pan mammalium phytiphagorum domesticorum.
Pandora insectorum.

ARTIFICIALIS *Culinaris*: Radices, Olera, Fructus.
Officinalis a. simplicia, praeparata.
 b. pretium, locus.
Medica: Vires, Vfus.
Oeconomica instrumentalis
 pastoralis
 tinctoria
 culturae: Cerealia.
 Macellum.
 Officinalis.
 Arboretum, Frutetum.
 Pomona.
 Pascua.

CLAVIS SYSTEMATIS SEXUALIS.

NUPTIAE PLANTARVM.

Actus generationis incolarum Regni vegetabilis.

Florescentia.

[PVBBLICAE.

Nuptiae, omnibus manifestae, aperte celebrantur.

Flores unicuique visibiles.

[MONOCLINIA.

Mariti et vxores vno eodemque thalamo gaudent.

Flores omnes hermaphroditi: stamina cum pistillis in eodem flore.

[DIFFINITAS.

Mariti inter se non cognati.

Stamina nulla sua parte connata inter se sunt.

[INDIFFERENTISMVS.

Mariti absque subordinatione.

Stamina longitudine indeterminata.

- | | |
|----------------|------------------|
| 1. MONANDRIA. | 7. HEPTANDRIA. |
| 2. DIANDRIA. | 8. OCTANDRIA. |
| 3. TRIANDRIA. | 9. ENNEANDRIA. |
| 4. TETRANDRIA. | 10. DECANDRIA. |
| 5. PENTANDRIA. | 11. DODECANDRIA. |
| 6. HEXANDRIA. | 12. ICOSANDRIA. |
| | 13. POLYANDRIA. |

[SVBORDINATIO.

Mariti certi reliquis praeferuntur.

Stamina duo semper reliquis breviora sunt.

- | | |
|----------------|-------------------|
| 14. DIDYNAMIA. | 15. TETRADYNAMIA. |
|----------------|-------------------|

[AFFINITAS.

Mariti propinqui et cognati sunt.

Stamina cohaerent vel inter se, vel cum pistillo.

- | | |
|-------------------|-----------------|
| 16. MONADELPHIA. | 19. SYNGENESIA. |
| 17. DIADELPHIA. | 20. GYNANDRIA. |
| 18. POLYADELPHIA. | |

[DICLINIA (a *dis* bis et *κλίση* thalamus) duplex thalamus.)

Mariti et Feminae distinctis thalamis gaudent.

Flores masculi et feminei in eadem specie.

- | | |
|---------------|----------------|
| 21. MONOECIA. | 23. POLYGAMIA. |
| 22. DIOECIA. | |

[CLANDESTINAE.

Nuptiae clam instituuntur.

Flores oculis nostris nudis vix conspiciuntur.

- | |
|------------------|
| 24. CRYPTOGAMIA. |
|------------------|

CLAS.

CLASSIVM CHARACTERES.

- I. **MONANDRIA.** a *μόνος* vnicus, et *ἀνὴρ* maritus.
 Maritus vnicus in matrimonio.
Stamen vnicum in flore hermaphrodito.
- II. **DIANDRIA.**
 Mariti duo in eodem coniugio.
Stamina duo in flore hermaphrodito.
- III. **TRIANDRIA.**
 Mariti tres in eodem coniugio.
Stamina tria in flore hermaphrodito.
- IV. **TETRANDRIA.**
 Mariti quatuor in eodem coniugio.
Stamina quatuor in eodem flore cum fructu.
 (Si Stamina 2 proxima breuiora sunt, referatur ad Cl. 14.)
- V. **PENTANDRIA.**
 Mariti quinque in eodem coniugio.
Stamina quinque in flore hermaphrodito.
- VI. **HEXANDRIA.**
 Mariti sex in eodem coniugio.
Stamina sex in flore hermaphrodito.
 (Si ex his Stamina 2 opposita breuiora, pertinet ad Cl. 15.)
- VII. **HEPTANDRIA.**
 Mariti septem in eodem coniugio.
Stamina septem in flore eodem cum pistillo.
- VIII. **OCTANDRIA.**
 Mariti octo in eodem thalamo cum femina.
Stamina octo in eodem flore cum pistillo.
- IX. **ENNEANDRIA.**
 Mariti nouem in eodem thalamo cum femina.
Stamina nouem in flore hermaphrodito.
- X. **DECANDRIA.**
 Mariti decem in eodem coniugio.
Stamina decem in flore hermaphrodito.
- XI. **DODECANDRIA.**
 Mariti duodecim ad nouendecim in eodem coniugio.
Stamina duodecim ad nouendecim in flore hermaphrodito.
- XII. **ICOSANDRIA** ab *εἰκοσι* viginti et *ἀνὴρ*.
 Mariti viginti communiter, saepe plures.
Stamina (non receptaculo) calycis lateri interno adnata.
- XIII. **POLYANDRIA.** a *πολύς* et *ἀνὴρ*.
 Mariti viginti et vltra in eodem cum femina thalamo.
Stamina receptaculo inserta a 20 ad 1000 in eodem, cum pistillo, flore.

- XIV. DIDYNAMIA.** a *δῖς* bis, et *δύναμις* potentia.
Mariti quatuor, quorum 2 longiores, et 2 breuiores.
Stamina quatuor: quorum 2 proxima longiora sunt.
- XV. TETRADYNAMIA.**
Mariti sex, quorum 4 longiores in flore hermaphrodito.
Stamina sex: quorum 4 longiora, 2 autem opposita breuiora.
- XVI. MONADELPHIA.** a *μόνος* vnicus, et *ἀδελφός* frater.
Mariti, vt fratres, ex vna basi proueniunt.
Stamina filamentis in vnum corpus coalita sunt.
- XVII. DIADELPHIA.**
Mariti e duplici basi, tamquam e duplici matre, oriuntur.
Stamina filamentis in duo corpora connata sunt.
- XVIII. POLYADELPHIA.**
Mariti ex pluribus, quam duabus, matribus orti sunt.
Stamina filamentis in tria, vel plura, corpora coalita.
- XIX. SYNGENESIA.** a *σύν* simul, et *γένεσις* generatio.
Mariti genitalibus foedus constituerunt.
Stamina antheris (raro filamentis) in cylindrum coalita.
- XX. GYNANERIA.** a *γυνή* femina, et *ἀνής* maritus.
Mariti cum feminis monstrose connati.
Stamina pistillis (non receptaculo) insident.
- XXI. MONOECIA.** a *μόνος* vnicus, et *οἶκία* domus.
Mares habitant cum feminis in eadem domo, sed diuerso thalamo.
Flores masculi et feminei in eadem planta sunt.
- XXII. DIOECIA.**
Mares et feminae habitant in diuersis thalamis et domiciliis.
Flores masculi in diuersa planta a femineis prognascuntur.
- XXIII. POLYGAMIA.** a *πολύς*, et *γάμος* Nuptiae.
Mariti cum vxoribus et innuptis cohabitant in distinctis thalamis.
Flores hermaphroditi et masculi aut feminei in eadem specie.
- XXIV. CRYPTOGAMIA.** a *κρυπτός* occultus, et *γάμος* Nuptiae.
Nuptiae clam celebrantur.
Flores intra fructum vel singulari modo occultati.

ORDINES a Feminis seu Pistillis, vt classes a Maribus seu Stamina, desumuntur; in Classe Syngenesiae autem a caeteris differunt Ordines, e. gr.

MONO GYNIA, Ligynia, Trigynia, etc. a γυνή femina, praepositis numeris graecis μόνος, δις, τρεῖς, τέσσαρες, etc.

i. e. Pistillum 1. 2. 3. 4. etc. Numerus hic pistilli desumitur a Bastyli; si stylus autem deficiat, a numero Stigmatum calculus fit.

POLYGAMIA AEOVALIS constat multis nuptiis, coniugia pura contrahentibus.

i. e. ex multis flosculis staminibus et pistillis instructis.

Flores eiusmodi maximam partem vulgo Flosculosi dicuntur.

POLYGAMIA SPURIA, vbi thalami vere nuptorum discum occupant, et ambitum cingunt thalami concubinarum maritis destitutarum, vt a maritis vxoratis foecundentur.

i. e. vbi flosculi hermaphroditi discum occupant, et marginem cingunt flosculi feminei, staminibus destituti, idque triplici modo;

(a) **SVPERFLVA**, cum feminae maritatae fertiles sunt, et familiam propagare queunt; adeo vt concubinarum auxilium videatur superfluum.

i. e. cum flores disci hermaphroditi stigmate instruuntur et semina proferunt; flores quoque feminei radium constituentes similiter semina ferunt.

(b) **FRVSTRANEA**, cum feminae maritatae fertiles sunt et speciem propagare queunt; concubinae autem ob defectum vulvae, veluti caltratae, impraegnari nequeunt.

i. e. cum flores disci hermaphroditi stigmate instruuntur et semina proferunt; flosculi vero radium constituentes, quum stigmate careant, semina proferre nequeunt.

(c) **NECESSARIA**, cum feminae maritatae, ob genitalium labem et vulvae defectum steriles, familiam propagare nequeunt; concubinis a maritis feminarum foecundatis, vxorum locum supplantibus, sobolemque laete propagantibus.

i. e. cum flores hermaphroditi ob defectum stigmati pistilli, semina perficere nequeunt; flores autem feminei in radio semina perfecta proferunt.

(d) **SEGREGATA**, cum thalami plurium, cuiuscumque sexus et coniugii, ita vniuntur, vt vnicum Thalamum communem constituent.

i. e. cum calyces floriferi plures comprehenduntur a communi calyce, vt vnicum florem conficiant.

CLASSIVM GENERA.

I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

Canna.
Amomum.
Costus.
Alpinia.
Maranta.
Curcuma.
Kaempferia.
Thalia.
Boerhavia.
Salicornia.
Hippuris.

DIGYNIA.

Corispermum.
Callitriche.
Blitum.
Cinna.

II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

1	Nyctanthes.	16
2	Iasminum.	17
3	Ligustrum.	18
4	Phillyrea.	19
5	Olea.	20
6	Syringa.	21
7	Dialium.	22
8	Eranthemum.	23
9	Circaea.	24
10	Veronica.	25
11	Paederota.	26
	Iusticia.	27
	Dianthera.	28
12	Gratiola.	29
13	Schwenkia.	1233
14	Pinguicula.	30
15	Vtricularia.	31
	Verbena.	32
	Lycopus.	33
	Amethystea.	34
	Cunila.	35
	Ziziphora.	36
	Monarda.	37
	Rosmarinus.	38
	Salvia.	39
	Collinsonia.	40
	Morina.	41

DIGYNIA.

Anthoxanthum. 42

TRIGYNIA.

Piper. 43

III.

III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

Valeriana.	44	Phleum.	77
Olax.	45	Alopecurus.	78
Tamarindus.	46	Milium.	79
Rumphia.	47	Agrostis.	80
Cneorum.	48	Aira.	81
Camocladia.	49	Melica.	82
Melothria.	50	Poa.	83
Ortega.	51	Briza.	84
Loeflingia.	52	Vniola.	85
Polycnemum.	53	Dactylis.	86
Hippocratea.	54	Cynofurus.	87
Crocus.	55	Festuca.	88
Ixia.	56	Bromus.	89
Gladiolus.	57	Stipa.	90
Antholyza.	58	Auena.	91
Iris.	59	Lagurus.	92
Moraea.	60	Arundo.	93
Wachendorfia.	61	Aristida.	94
Commelina.	62	Lolium.	95
Callisia.	63	Elymus.	96
Xyris.	64	Secale.	97
Schoenus.	65	Hordeum.	98
Cyperus.	66	Triticum.	99
Scirpus.	67		
Eriophorum.	68		
Nardus.	69		
Lygeum.	70		

TRIGYNIA.

DIGYNIA.

Bobartia.	71	Eriocaulon.	100
Cornucopiae.	72	Montia.	101
Saccharum.	73	Proserpinaca.	102
Phalaris.	74	Triplaris.	103
Paspalum.	75	Holosteum.	104
Panicum.	76	Koenigia.	1241
		Polycarpon.	105
		Mollugo.	106
		Minuartia.	107
		Queria.	108
		Lechea.	109

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

Leucadendron.	110	Sanguisorba.	146
Protea.	111	Cissus.	147
Globularia.	112	Epimedium.	148
Cephalanthus.	113	Cornus.	149
Dipsacus.	114	Fagara.	150
Scabiosa.	115	Tomex.	151
Knautia.	116	Ptelea.	152
Allionia.	117	Ludwigia.	153
Hedyotis.	118	Oldenlandia.	154
Scabrita.	1242	Ammannia.	155
Spermacoce.	119	Isnarda.	156
Sherardia.	120	Trapa.	157
Asperula.	121	Dorstenia.	158
Diodia.	122	Cometes.	1243
Knoxia.	123	Elaeagnus.	159
Houstonia.	124	Struthiola.	1244
Galium.	125	Brabeium.	160
Crucianella.	126	Krameria.	161
Rubia.	127	Rivina.	162
Fuchsia.	128	Saluadora.	163
Siphonanthus.	129	Camphorosma.	164
Catesbaea.	130.	Alchemilla.	165
Ixora.	131		
Pauetta.	132	DIGYNIA.	
Petefia.	133	Aphanes.	166
Mitchella.	134	Crucita.	167
Callicarpa.	135	Bufonia.	168
Aquartia.	136	Hamamelis.	169
Polypremum.	137	Cuscuta.	170
Penaea.	138	Hypecoon.	171
Blaeria.	139		
Buddleia.	140	TETRAGYNIA.	
Exacum.	141	Ilex.	172
Plantago.	142	Coldenia.	173
Scoparia.	143	Potamogeton.	174
Rhacoma.	144	Ruppia.	175
Centunculus.	145	Sagina.	176
		Tillaea.	177
		Myginda.	178

V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

		Convolvulus.	215
		Ipomoea.	216
Heliotropium.	179	Polemonium.	217
Myosotis.	180	Campanula.	218
Lithospermum.	181	Roëlla.	219
Anchusa.	182	Phyteuma.	220
Cynoglossum.	183	Trachelium.	221
Pulmonaria.	184	Samolus.	222
Symphytum.	185	Nauclea.	223
Cerinte.	186	Rondeletia.	224
Onosma.	187	Macrocnemum.	225
Borago.	188	Bellonia.	226
Asperugo.	189	Portlandia.	227
Lycopsis.	190	Cinchona.	228
Echium.	191	Psychotria.	229
Messersmidia.	1245	Coffea.	230
Tournefortia.	192	Chiococca.	231
Nolana.	193	Hamellia.	232
Diapensia.	194	Lonicera.	233
Arctia.	195	Trioesteum.	234
Androsace.	196	Morinda.	235
Primula.	197	Conocarpus.	236
Cortusa.	198	Kuhnia.	237
Soldanella.	199	Erithalis.	238
Dodecatheon.	200	Menais.	239
Cyclamen.	201	Mussaenda.	241
Menyanthes.	202	Genipa.	240
Hottonia.	203	Mathiola.	1231
Hydrophyllum.	204	Mirabilis.	242
Lysimachia.	205	Coris.	243
Anagallis.	206	Brossaëa.	1229
Theophrasta.	207	Ellisia.	244
Spigelia.	209	Verbascum.	245
Ophiorrhiza.	210	Datura.	246
Lisianthus.	1248	Hyoscyamus.	247
Randia.	211	Nicotiana.	248
Azalea.	212	Atropa.	249
Plumbago.	213	Physalis.	250
Nigrina.	1246	Solanum.	251
Phlox.	214	Capficum.	252
		Strychnos.	253

Iacquinia.	254	Rauwolfia.	293
Chironia.	255	Paederia.	1252
Cordia.	256	Cariffa.	1251
Patagonula.	208	Cerbera.	204
Ehretia.	257	Gardenia.	296
Varronia.	258	Vinca.	295
Laugeria.	259	Nerium.	297
Brunsfelfia.	260	Echites.	299
Cestrum.	261	Plumieria.	298
Lycium.	262	Cameraria.	300
Chryfophyllum.	263	Tabernaemontana.	301
Sideroxylon.	264	Ceropegia.	302
Rhamnus.	265		
Phylica.	266		
Ceanothus.	267	DIGYNIA.	
Arduina.	1250	Pergularia.	1253
Buttneria.	268	Periploca.	303
Myrsine.	269	Cynanchum.	304
Celastrus.	270	Apocynum.	305
Euonymus.	271	Asclepias.	306
Diosma.	272	Stapelia.	307
Brunia.	274	Herniaria.	308
Cyrilla.	1247	Chenopodium.	309
Itea.	275	Beta.	310
Galax.	276	Salsola.	311
Cedrela.	277	Anabasis.	312
Mangifera.	278	Cressa.	313
Hirtella.	280	Steris.	1254
Plectronia.	1249	Gomphrena.	314
Ribes.	281	Bosea.	315
Gronouia.	282	Vlmus.	316
Hedera.	283	Nama.	317
Vitis.	284	Hydrolea.	318
Lagoecia.	285	Schrebera.	319
Sauuagesia.	286	Heuchera.	320
Roridula.	1234	Velezia.	447
Claytonia.	287	Swertia.	321
Achyranthes.	288	Gentiana.	322
Celofia.	289	Phyllis.	323
Illecebrum.	290		
Glaux.	291		
Thefium.	292		

Eryngium.	324	TRIGYNIA.	
Hydrocotyle.	325	Rhus.	369
Sanicula.	326	Viburnum.	370
Astrantia.	327	Cassine.	371
Bupleurum.	328	Sambucus.	372
Echinophora.	329	Spathelia.	373
Tordylium.	330	Staphylea.	374
Caucalis.	331	Tamarix.	375
Arteria.	332	Turnera.	376
Daucus.	333	Telephium.	377
Ammi.	334	Corrigiola.	378
Bunium.	335	Pharnaceum.	379
Conium.	336	Alfine.	380
Selinum.	337	Drypis.	381
Athamanta.	338	Basella.	382
Peucedanum.	339	Sarothra.	383
Crithmum.	340		
Cachrys.	342	TETRAGYNIA.	
Hasselquistia.	341	Parnassia.	384
Ferula.	343	Euoluulus.	385
Laserpitium.	344		
Heracleum.	345	PENTAGYNIA.	
Ligusticum.	346	Aralia.	386
Angelica.	347	Statice.	388
Sium.	348	Linum.	389
Sison.	349	Aldrouanda.	390
Bubon.	350	Drosera.	391
Cuminum.	351	Crassula.	392
Oenanthe.	352	Mahernia.	1255
Phellandrium.	353	Sibbaldia.	393
Cicuta.	354		
Aethusa.	355	POLYGYNIA.	
Coriandrum.	356	Myosurus.	394
Scandix.	357	Apium.	367
Chaerophyllum.	358	Aegopodium.	368
Imperatoria.	359		
Seseli.	360		
Thapsia.	361		
Pastinaca.	362		
Smyrnum.	363		
Anethum.	364		
Carum.	365		
Pimpinella.	366		

VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.			
Bromelia.	395	Yucca.	429
Tillandsia.	396	Aloë.	430
Burmannia.	397	Agave.	431
Tradescantia.	398	Alströmeria.	432
Ponederia.	399	Hemerocallis.	433
Haemanthus.	400	Acorus.	434
Galanthus.	401	Orontium.	435
Leucojum.	402	Calamus.	436
Narcissus.	403	Juncus.	437
Pancreatum.	404	Achras.	438
Crinum.	405	Richardia.	439
Amaryllis.	406	Bursera.	440
Bulbocodium.	407	Prinos.	441
Aphyllanthes.	408	Berberis.	442
Allium.	409	Loranthus.	443
Lilium.	410	Hillia.	444
Fritillaria.	411	Frankenia.	445
Vulvaria.	412	Peplis.	446
Gloriosa.	413		
Erythronium.	414	DIGYNIA.	
Tulipa.	415	Oryza.	448
Albuca.	416	Atraphaxis.	449
Hypoxis.	417		
Ornithogalum.	418	TRIGYNIA.	
Scilla.	419	Flagellaria.	450
Cyanella.	420	Rumex.	451
Asphodelus.	421	Scheuchzeria.	452
Anthericum.	422	Triglochin.	453
Leontice.	423	Melanthium.	454
Asparagus.	424	Medeola.	455
Dracaena.	425	Trillium.	456
Conuallaria.	425	Colchicum.	457
Polianthes.	426	Helonias.	458
Hyacinthus.	427		
Alethris.	428	TETRAGYNIA.	
		Petiueria.	459
		POLYGYNIA.	
		Alisma.	460

VII.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

Trientalis. 461
Aesculus. 462

DIGYNIA.

Limeum. 463

TETRAGYNIA.

Saururus. 464

HEPTAGYNIA.

Septas. 465

VIII.

OCTANDRIA.
MONOGYNIA.

Tropaeolum. 166
Osbeckia. 467
Rhexia. 468
Oenothera. 469
Gaura. 470
Epilobium. 471
Antichorus. 1257
Combretum. 475
Griflea. 474
Allophyllus. 476
Ximenia. 477
Mimusops. 478
Iambolifera. 479
Melicocca. 472
Amyris. 473
Santalum. 480
Memecylon. 481
Chlora. 1258
Lawsonia. 482
Vaccinium. 483
Erica. 484
Daphne. 485
Dirca. 486
Gnidia. 487
Stellera. 488
Passerina. 489
Lachnaea. 490
Baeckea. 491

DIGYNIA.

Schmidelia. 1259
Galenia. 492
Weinmannia. 493
Moehringia. 494

TRIGYNIA.

Polygonum. 495
Coccoloba. 496
Paullinia. 497
Cardiospermum. 498
Sapindus. 499

TETRAGYNIA.

Paris. 500
Adoxa. 501
Elatine. 502

IX.

X.

ENNEANDRIA.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

MONOGYNIA.

Laurus.	503	Sophora.	508
Tinus.	504	Anagyris.	509
Cassya.	505	Cercis.	510
		Bauhinia.	511
		Hymenaea.	512
		Parkinsonia.	513
		Cassia.	514
		Poinciana.	515
		Caesalpinia.	516
		Guilandina.	517
		Guaiacum.	518
		Cynometra.	519
		Anacardium.	520
		Codon.	1285
		Dictamnus.	522
		Ruta.	523
		Toluifera.	524
		Haematoxylon.	525
		Prosopis.	1260
		Chalcas.	1261
		Adenantha.	526
		Trichilia.	528
		Swietenia.	521
		Melia.	527
		Zygophyllum.	530
		Quassia.	529
		Fagonia.	531
		Tribulus.	532
		Thryallis.	533
		Limonia.	534
		Monotropa.	536
		Trianthema.	537
		Iussiaea.	538
		Heisteria.	535
		Quisqualis.	539
		Dais.	540

Melaſtoma.	544
Kalmia.	545
Ledum.	546
Rhododendrum.	548
Andromeda.	549
Epigaea.	550
Gaultheria.	551
Arbutus.	552
Clethra.	553
Pyrola.	554
Styrax.	591
Samyda.	543
Copaifera.	542
Bucida.	541

DIGYNIA.

Royena.	555
Hydrangea.	557
Cunonia.	556
Chryſoſp'enium.	558
Saxifraga.	559
Tiarella.	560
Mitella.	561
Scleranthus.	562
Gypſophila.	563
Saponaria.	564
Dianthus.	565

TRIGYNIA.

Cucubalus.	566
Silene.	567
Stellaria.	568
Arenaria.	569
Cherleria.	570
Garidella.	571
Malpigia.	572
Banifteria.	573
Triopteris.	574
Erythroxyton.	575

PENTAGYNIA.

Auerrhoa.	576
Spondias.	577
Cotyledon.	578
Sedum.	579
Penthorum.	580
Suriana.	581
Grielum.	1235
Oxalis.	582
Agroſtemma.	583
Lychnis.	584
Ceraſtium.	585
Spergula.	586
Forskohlea.	1262

DECANDRIA.

Neurada.	587
Phytolacca.	588

XI.
DODECANDRIA.

XII.
ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

Asarum.	589
Bocconia.	591
Gethyllis.	590
Rhizophora.	592
Blakea.	593
Garcinia.	594
Halesia.	596
Decumaria.	597
Winterania.	598
Crataeva.	599
Triumfetta.	600
Peganum.	601
Hudsonia.	1203
Nitraria.	662
Portulaca.	903
Lythrum.	604
Ginora.	605

DIGYNIA.

Heliocarpus.	606
Agrimonia.	607

TRIGYNIA.

Reseda.	608
Euphorbia.	609

PENTAGYNIA.

Glinus.	610
---------	-----

OCTAGYNIA.

Illicium.	611
-----------	-----

DODECAGYNIA.

Semperuium.	612
-------------	-----

MONOGYNIA.

Cactus.	613
Philadelphus.	614
Psidium.	615
Eugenia.	616
Myrtus.	617
Punica.	618
Amygdalus.	619
Prunus.	620
Chrysobalanus.	621

DIGYNIA.

Crataegus.	622
------------	-----

TRIGYNIA.

Sorbus.	623
Sesuvium.	624

PENTAGYNIA.

Mespilus.	625
Pyrus.	626
Tetragonia.	627
Mesembryanthemum.	628
Aizoon.	629
Spiraea.	630

POLYGYNIA.

Rosa.	631
Rubus.	632
Fragaria.	633
Potentilla.	634
Tormentilla.	635
Geum.	636
Dryas.	637
Comarum.	638
Calycanthus.	639

XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

Marcgrauiæ.	640
Rheedia.	641
Capparis.	643
Actæa.	644
Sanguinaria.	645
Podophyllum.	646
Chelidonium.	647
Papauer.	648
Argemone.	649
Cambogia.	650
Muntingia.	651
Saracenia.	652
Nymphaea.	653
Bixa.	654
Sloanea.	655
Trewia.	239
Mammea.	656
Ochna.	657
Grias.	659
Calophyllum.	658
Tilia.	660
Laetia.	661
Microcos.	662
Elaeocarpus.	663
Lecythis.	664
Delima.	672
Vateria.	666
Lagerstroemia.	667
Thea.	668
Caryophyllus.	669
Mentzelia.	670
Plinia.	671
Cistus.	673
Prockia.	674
Corchorus.	675
Seguiera.	676
Symplocos.	677

DIGYNIA.

Paeonia.	678
Curatela.	679
Calligonum.	680

TRIGYNIA.

Delphinium.	681
Aconitum.	682

TETRAGYNIA.

Tetracera.	683
------------	-----

PENTAGYNIA.

Aquilegia.	684
Nigella.	685
Reaumuria.	686

HEXAGYNIA.

Stratiotes.	687
-------------	-----

POLYGYNIA.

Dillenia.	688
Liriodendrum.	689
Magnolia.	690
Michelia.	691
Vuaria.	692
Annona.	693
Anemone.	694
Atragene.	695
Clematis.	696
Thalictrum.	697
Adonis.	698
Ranunculus.	699
Trollius.	700
Isopyrum.	701
Helleborus.	702
Caltha.	703
Hydrastis.	704

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

ANGIOSPERMIA.

Aiuga.	705	Bartsia.	739
Teucrium.	706	Rhinanthus.	740
Satureia.	707	Euphrasia.	741
Thymbra.	708	Melampyrum.	742
Hyssopus.	709	Lathraea.	743
Nepeta.	710	Schwalbea.	744
Lauandula.	711	Tozzia.	745
Sideritis.	712	Pedicularis.	746
Mentha.	713	Gerardia.	747
Perilla	1236	Chelone.	748
Glecoma.	714	Gesnera.	749
Lamium.	716	Antirrhinum.	750
Galeopsis.	717	Cymbaria.	751
Betonica.	718	Cranidia.	752
Stachys.	719	Manisuris.	753
Ballotta.	720	Torenia.	754
Marrubium.	721	Besleria.	755
Leonurus.	722	Scrophularia.	756
Phlomis.	723	Celsia.	757
Molucella.	724	Digitalis.	758
Clinopodium.	725	Bignonia.	759
Origanum.	726	Citharexylon.	760
Thymus.	727	Halleria.	761
Melissa.	728	Crescentia.	762
Dracocephalum.	729	Gmelina.	763
Horminum.	730	Petraea.	764
Melittis.	731	Lantana.	765
Ocimum.	732	Cornutia.	766
Trichostema.	733	Loeselia.	767
Scutellaria.	734	Capraria.	768
Prunella.	735	Selago.	769
Cleonia.	736	Manulea.	1264
Prasium.	737	Hebenstretia.	770
Phryma.	738	Erinus.	771
		Buchnera.	772

Browallia.	773	Ruellia.	784
Linnaea.	774	Barleria.	785
Sibtorpia.	775	Duranta.	786
Limofella.	776	Ouieda.	787
Vandellia.	1265	Volkameria.	788
Stemodia.	777	Clerodendrum.	789
Obollaria.	778	Vitex.	790
Orobanche.	779	Boutia.	791
Dodartia.	780	Columnnea.	792
Lippia.	781	Acanthus.	793
Sesamum.	782	Pedaliium.	794
Mimulus.	783	Melianthus.	795

TETRADYNAMIA.

SILICVLOSA.

Myagrum.
Vella.
Anastatica.
Subularia.
Draba.
Lepidium.
Thlaspi.
Cochlearia.
Iberis.
Alyssum.
Clypeola.
Peltaria.
Biscutella.
Lunaria.

796	Ricotia.	810
797.	Dentaria.	811
798	Cardamine.	812
799	Sisymbrium.	813
800	Erysimum.	814
801	Cheiranthus.	815
802	Heliophila.	816
803	Hesperis.	817
804	Arabis.	818
805	Turitis.	819
807	Brassica.	820
806	Sinapis.	821
808	Raphanus.	822
809	Bunias.	823
	Isatis.	824
	Crambe.	825
	Cleome.	826

XVI.

XVII.

MONADELPHIA.

DIADELPHIA.

 134. MITCHELLA. Cor. 2, tubulosae. Cal. 4-dentatus. Bacca 4-sperma, biflora, bifida.
 118. HEDYOTIS. Cor. tubulosa. Cal. 4-partitus. Caps. didyma, polysperma, apice dehiscens.
 154. OLDENLANDIA. Cor. tubulosa. Cal. 4-partitus. Caps. didyma, polysperma, dehiscens inter dentes.
 146. SANGVISORBA. Cor. plana. Cal. 2-phyllus. Caps. 4-gona, inter calycem et corollam.

* *Coffea occidentalis.*

* *Peplis tetrandra.*

Fl. monopetali, dicocci, inferi.

124. HOVSTONIA. Cor. tubulosa. Cal. 4-dentatus. Caps. 2-locularis, 2-valvis.
 1242. SCABRITA. Cor. tubulosa. Cal. tubulosus, truncatus. Sem. compressa, emarginata.

Fl. monopetali, dicocci, superi. Stellatae.

127. RUBIA. Cor. campanulata. Fructus baccati.
 125. GALIVM. Cor. plana. Fructus subglobosi.
 121. ASPERVLA. Cor. tubu' . Fructus subglobosi.
 120. SHERARDIA. Cor. tubulosa. Fructus coronatus. Sem. 3-dentatis.

119. SPERMACOCE. Cor. tubulosa. Fructus. coronatus. Sem. 2-dentatis.
 123. KNOXIA. Cor. tubulosa. Fructus. bipartibilis, fulcatus.
 112. DIODIA. Cor. tubulosa. Fructus. tetragonus, coronatus, 2-valuis.
 126. CRUCIANELLA. Car. tubulosa, aristata. Fructus nudus. Sem. linearia.

Fl. monopetali, tetracocci, inferi.

129. SIPHONANTHVS. Cor. tubulosa. Cal. 5-partitus. Baccæ 4. 1-sperma.

Fl. tetrapetali, inferi.

148. EPIMEDIUM. Petala Nectar. 4, incumb. Cal. 4-phyllus. Siliqua 1-ocularis.
 144. RHACOMA. Pet. fimbriata, Cal. 4-fidus. Caps. 1-sperma.
 152. PTELEA. Pet. coriacea. Cal. 4-partitus. Drupa exsucca, compressa. }
 151. TOMEX. Pet. oblonga. Cal. tubulosus. Bacca.
 150. FAGARA. Pet. staminibus breuiora. Cal. 4-fidus: Caps. 2-valuis, 1-sperma.
 155. AMMANNIA. Pet. rarissime præsentia. Cal. tubulosus, 8-dent. Caps. 4-ocularis.

* *Cardamine hirsuta.*

* *Euonymus europæus.*

Fl. tetrapetali, superi.

157. TRAPA. Cal. 4-partitus. Nux armata spinis conicis, oppositis.
 147. CISSVS. Cal. cingens germen. Bacca 1-sperma.
 149. CORNVS. Cal. 4-dentatus, deciduus. Drupa nucleo 2-oculari.
 153. LUDWIGIA. Cal. 4-partitus. Caps. 4-ocularis, tetragona.

Fl. incompleti, inferi.

1244. STRUTHIOLA. Cor. 4-fida. Bacca 1-sperma, sicca. Nectar 8-glandulis.
 160. BRABEIVM. Cor. 4-petala. Drupa sicca. Nux ouata.
 161. KRAMERIA. Cor. 4-petala. Bacca sicca, 1-sperma, echinata.
 162. RIVINA. Cor. 4-petala. Bacca 1-sperma. Sem. scab.
 163. SALVADORA. Cal. 4-fidus. Bacca 1-sperma. Sem. arillatum.

164. CAMPHOROSMA. *Cal.* 4-fidus. *Caps.* 1-sperma.
 165. ALCHEMILLA. *Cal.* 8 fidus. *Sem.* 1, calyce inclusum.
 158. DORSTENIA. *Cal.* Receptac. planum, carnosum, com-
 mune.
 1243. COMETES. *Umbella* 4-phylla, 3-flora. *Caps.* 3-coeca.
 * *Corchorus coreta.*
 * *Ammannia.*
 * *Conuallaria bifolia.*

Fl. incompleti, superi.

156. ISNARDIA. *Cal.* campanulatus, persistens. *Caps.* 4-ocularis.
 159. ELAEAGNUS. *Cal.* campanulatus, deciduus. *Drupa.*

DIGYNIA.

168. BUFONIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Caps.*
 1-ocularis, 2-valuis, 2-sperma.
 171. HYPEROUM. *Cor.* 4-petala, inaequalis. *Cal.* 2-phyllus.
Siliqua.
 169. HAMAMELIS. *Cor.* 4-petala, longissima. *Cal.* duplex. *Nux*
 bilocularis, bicornis.
 170. CUSCUTA. *Cor.* 4-fida, ovata. *Cal.* 4-fidus. *Caps.*
 2-ocularis, circumscissa.
 166. APHANES. *Cor.* 0. *Cal.* 8-fidus. *Sem.* 2.
 167. CRUZITA. *Cor.* 0. *Cal.* 4-phyllus: ex-
 terior 3-phyllus. *Sem.* 1.
 * *Herniaria fruticosa.*
 * *Gentiana.*
 * *Sivertia.*

TETRAGYNIA.

172. ILEX. *Cor.* 1-petala. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca.*
 4-sperma.
 173. COLDENIA. *Cor.* 1-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Sem.*
 2, bilocularia.
 176. SAGINA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Capsul.*
 4-ocularis, polysperma.
 177. TILLAEA. *Cor.* 3. s. 4-petala. *Cal.* 3. s. 4-phyllus. *Caps.*
 3. s. 4, polyspermae.
 178. MYGINDA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-partitus. *Drupa.*
 1-sperma.
 174. POTAMOGETON. *Cor.* 0. *Cal.* 4-phyllus. *Sem.* 4,
 sessilia.
 175. RUPPIA. *Cor.* 0. *Cal.* 0. *Sem.* 4,
 pedicellata.

MONOGYNIA.

110. LEUCADENDRON. *Flosculi* 2-petali: altero 3-fido. *Recept.* subvillosum. *Cal.* proprius 0. *Antherae* subconnatae.

134.

- pinifolium.* 16. L. fol. linearibus, flosculis disiunctis racemosis spicatis. *Mant.* 36. *
- racemos.* 1. L. fol. setaceis, flosculis disjunctis racemosis.
- proteoid.* 2. L. fol. subulatis, ramis determinatis, flor. terminalibus.
- cancellat.* 3. L. fol. subulatis, ramis sparsis, flor. lateralibus.
- Serraria.* 14. L. fol. setaceis multifidis, flor. lateralibus.
- cyanoides.* 13. L. fol. setaceis semitrisfidis, flosculis glomeratis.
- Lepidocarpon.* 4. L. fol. lanceolatis, flor. oblongis, calycum squamis summis hirsutis.
- speciosum.* 15. L. fol. lanceolatis integris, calyc. strobiliformibus tomentosus apice penicillatis. *Mant.* 36. *
- repens.* 5. L. fol. lanceolatis, flor. oblongis, calycum squamis glabris.
- acaulon.* 6. L. fol. lanceolatis, flor. subrotundis, caule suffruticoso unifloro.
- Scolymocephalum.* 7. L. fol. lanceolatis, flor. subrotundis, caule fruticoso ramoso.
- cynaroides.* 8. L. fol. integris, flor. depressis, corollarum limbis cylindricis.
- hirtum.* 9. L. fol. lanceolatis apice callosis, caule hirsuto, flor. sparsis axillaribus.
- cucullat.* 10. L. fol. calloso-tricuspidatis involucentibus flores laterales.
- Hypophyll.* 11. L. fol. calloso-tricuspidatis lanceolatis, calycibus turbinatis nudis.
- conocarp.* 12. L. foliis calloso-quinquedentatis.

111. PROTEA. *Petalum* 4-fidum, germen cingens, *Cal.* proprius 0. *Recept.* paleaceum.

137.

- argentea.* 1. P fol. lanceolatis obliquis acutis sparsis, villosis-sericeis planis: floralibus verticillatis.

conifera. 2. P. fol. lineari lanceolatis integerrimis acutis glabris obliquis.

Leuisanus. 3. P. fol. spatulatis. Brunia Leuisanus. Sp. pl. 289.

112. GLOBVLARIA. *Cal. commun. imbricatus; proprius tubulatus, inferus Corollul. labio superiore 2-partito: inferiore 3-partito. Recept. paleaceum.*

139.

- Alypum.* 1. G. caule fruticoso, fol. lanceolatis tridentatis integrisque.
- bisnagaria.* 2. G. caule fruticoso, fol. radicalibus cuneiformibus retusis, caulinis lanceolatis.
- vulgaris.* 3. G. caule herbaceo, fol. radicalibus tridentatis, caulinis lanceolatis.
- spinosa.* 4. G. fol. radicalibus crenato-aculeatis, caulinis integerrimis mucronatis.
- cordifol.* 5. G. caule subnudo, fol. cuneiformibus tricuspидatis: intermedio minimo.
- nudicaul.* 6. G. caule nudo, fol. integerrimis lanceolatis. *Caulis fructifer vno alteroue foliolo. Ger.*
- orientalis.* 7. G. caule subnudo, capitulis alternis sessilibus, fol. lanceolato-ouatis integris.

113. CEPHALANTHVS. *Cal. communis o: proprius superus, infundibuliformis. Recept. globosum, nudum. Sem. 1. lanuginosum.*

138.

occidental. 1. C. fol. oppositis ternatisque.

11. DIPSACVS. *Cal. commun. polyphyllus; proprius superus. Recept. paleaceum.*

- fullonum.* 1. D. foliis sessilibus serratis, β paleis recurvatis: laciniatis.
- laciniatus.* 2. D. foliis conatis sinuatis.
- pilosus.* 3. D. foliis petiolatis appendiculatis.

115. SCABIOSA. *Cal commun.* polyphyllus; *proprius duplex superus. Recept.*
 141. paleaceum s. nudum.

* *Corollulis quadrifidis.*

- alpina.* 1. *S.* corollulis quadrifidis aequalibus, cal. imbricatis; flor. cernuis, fol. pinnatis: foliolis lanceolatis ferratis.
- rigida.* 5. *S.* corollulis quadrifidis subradiantibus, cal. imbricatis obtusis, fol. lanceolatis ferratis auriculatis.
- transylvanica.* 2. *S.* corollulis quadrifidis aequalibus, calyc. paleisque aristatis, fol. radicalibus lyratis; caulinis pinnatifidis.
- syriaca.* 3. *S.* corollulis quadrifidis aequalibus, calycibus imbricatis paleisque aristatis, caul. dichotomo, fol. lanceolatis. *Caulis pilosus. Folia serrata. Flores in dichotomia subsessiles. Calyx vix ullus, sed Paleae in conum ovatum imbricatae, aristatae, ovatae. Pappus hemisphaericus, denticulis 20.*
- leucantha.* 4. *S.* corollulis quadrifidis subaequalibus, squamis calycinis ovatis obtusis, fol. pinnatifidis. *Folia linearia, pinnata: foliolis decurrentibus; infima serrata. Flores subglobosi, albi. Calyx hemisphaericus, imbricatus. Corollulae iacinia inferior deflexa, paulo longior.*
- Succisa.* 6. *S.* corollulis quadrifidis aequalibus, caule simplici, ramis approximatis, fol. lanceolato-ovatis.
- integrif.* 7. *S.* corollulis quadrifidis radiantibus, fol. indivisis; radicalibus ovatis ferratis, ramis lanceolatis: caule herbaceo. *Scabiosa corollulis quadrifidis, caule fistuloso. Ger. praec. 220. (exclusis C. Bauhini et Clusi synonymis.)*
- tatarica.* 9. *S.* corollulis quadrifidis radiantibus, fol. lanceolatis pinnatifidis: lobis imbricatis, caul. hispido.
- aruensis.* 10. *S.* corollulis quadrifidis radiantibus, fol. pinnatifidis incis, caul. hispido.
- sylvatica.* 8. *S.* corollulis quadrifidis radiantibus, fol. omnibus indivisis ovato-oblongis ferratis, caul. hispido. *Jacq. vind. 22. obs. 28.*

* * *Corollulis quinquefidis.*

- gramuntia.* 11. *S.* corollulis quinquefidis, cal. breuissimis, fol. caulinis bipinnatis filiformibus. *Sauv. monsp.* 268. *Gou. monsp.* 62. Scabiosa corollulis quinquefidis, foliis tripinnatis setaceis. *Ger. prou.* 220. Scabiosa capitulo globofo minor. *Bauh. pin.* 270. *Jec. Gouan.*
- columbalaria.* 12. *S.* corollulis quinquefidis radiantibus, fol. radicalibus ovatis crenatis, caulinis pinnatis setaceis. Scabiosa glabra, foliis carnosissimis virentibus. *Herm. par.* 221. t. 221. (exclude β varietatem.)
- maritima.* 13. *S.* corollulis quinquefidis radiantibus calyce brevioribus, fol. pinnatis: summis linearibus integerrimis.
- stellata.* 15. *S.* corollulis quinquefidis radiantibus, fol. dissectis, receptaculis florum subrotundis. *Pappus seminum limbo 40 radiato.*
- prolifera.* 16. *S.* corollulis quinquefidis radiantibus, flor. subsessilibus, caul. prolifero, fol. indivisis. *Affinis S. stellatae. Habitat in Aegypto. ☉*
- atropurpurea.* 17. *S.* corollulis quinquefidis radiantibus, fol. dissectis, receptaculis florum subularis. *Calyx 12 phyllis, linearis, recurvatus, longitud. corollae.*
- argentea.* 18. *S.* corollulis quinquefidis radiantibus, fol. pinnatifidis: laciniis linearibus, pedunc. longissimis, caul. tereti. *Caulis pilis albis, raris. Folia pinnatifida, linearia: radicalia subdentata; caulina indivisa, versus basin ciliata. Calyx basi valde pilosus, 8 phyllis, recurvatus, corollae longitudine. Corollae albae: limbo caeruleo. Corollulae radii 6, radiantes maiores: Lab. super. brevissimo, bifido. Lab. infer. lato, trifido, obtuso, subplicato, aequali. Corollulae disci albi, quinquefidi regulares, extus hirsutae. Stamina alba.*
- africana.* 19. *S.* corollulis quinquefidis aequalibus fol. simplicibus incisissimis, caule fruticoso.
- cretica.* 20. *S.* corollulis quinquefidis, fol. lanceolatis subintegerrimis, caule fruticoso.
- graminifera.* 21. *S.* corollulis quinquefidis, fol. linearilanceolatis integerrimis, caule herbaceo.

- palaeestina*. 25. *S.* corollulis quinquefidis radiantibus: laciniis omnibus trifidis, fol. indivisis subserratis: summis basi pinnatifidis. *Mant.* 37. *
- isfetensis*. 26. *S.* corollulis quinquefidis radiantibus calyce longioribus, foliis bipinnatis linearibus. *Mant.* 37. *
- ycranica*. 14. *S.* corollulis quinquefidis radiantibus, fol. radicalibus pinnatifidis: caulinis linearibus basi ciliatis.
- ochroleuc*. 23. *S.* corollulis quinquefidis radiantibus, foliis bipinnatis linearibus. Scabiosa angustifolia alba a terra. *Bauh. pin.* 270. *Barr. ic.* 770. f. 2. affinis *S. columbariae*.
- papposa*. 24. *S.* corollulis quinquefidis inaequalibus, caule herbaceo erecto, fol. pinnatifidis, seminib. aristatis plumosoque-papposis. *Caulis filiformis, brachiatus panicula subdichotoma. Pedunculi axillares, filiformes, longi. Calyx polyphyllus; foliolis ovatis, longe acuminatis. Semina pappo plumoso cum adiacente Arista crassiore longiore. Subtomentosa sunt pedunculi et calyces.* ☉
- pterocephala*. 22. *S.* corollulis quinquefidis, caule fruticoso procumbente, fol. laciniatis hirsutis, pappo plumoso.

116. KNAVTIA. *Cal. commun.* oblongus, simplex, 146. quinqueflorus; *proprius* simplex. superus. *Corollulae* irregulares. *Recept.* nudum.

- orientalis*. 1. *K.* fol. incis, corollulis quinquefidis calyce longioribus.
- propontica*. 2. *K.* fol. superioribus lanceolatis integerrimis, corollulis denis calyce aequalibus. *Sp. pl.* 1666.

117. ALLIONIA. *Cal. commun.* oblongus, simplex, 174. triflorus; *proprius* obsoletus, superus. *Corollulae* irregulares. *Recept.* nudum.

- violacea*. 1. *A.* fol. cordatis, calycibus quinquefidis.
- incarnat*. 2. *A.* fol. oblique ovatis, calycibus triphyllis.

118. HEDYOTIS. Cor. 1-petala, infundibulif. Caps.
147. 2-locularis, polysperma, in-
fera.

fruticosa. 1. H. fol. lanceolatis petiolatis, corymbis terminali-
bus inuolucratis.

Auricul. 2. H. fol. lanceolato-ouatis, floribus verticillatis.

herbacea. 3. H. fol. lineari-lanceolatis, caule herbaceo dichoto-
mo, pedunculis geminis.

1242. SCABRITA. Cor. 1-petala, hypocraterifor-
mis. Sem. 2, emarginata, su-
pera. Cal. truncatus.

scabra. 1. SCABRITA. Mant. 37. *

119. SPERMACOCE. Cor. 1-petala, infundibulif.
147. Semina 2, bidentata.

tenuior. 1. S. glabra, fol. linearibus, stamin. inclusis, flor. ver-
ticillatis.

*verticilla-
ta,* 2. S. glabra, fol. lanceolatis, verticillis globosis.

hirta. 3. S. scabra, fol. oblongis: summis quaternis, flor. ver-
ticillatis. ☉ *Caulis tetragonus angulis acutissimis de-
orsum pilosis, ceterum glaber, ramosissimus, rigidus.*
*Folia elliptica, lineata, scabra utrinque (subtus vero
imprimis nervis), non villosa, subpetiolata petiolis con-
nexis membrana multifeta. Flores albi, tubulosi, la-
terales. Stamina fauce longiora. Antherae viola-
ceae.*

hispida. 5. S. hispida, fol. obouatis. *Valde affinis S. hirtae.*
*Folia superiora quaterna omnia, neque lineata, neque
neruosa. Calycis lacinae longitudine ventris. Cap-
sula 2-locularis Seminibus 2, oblongis, laevibus, extus
convexis.*

*procum-
bens.* 6. S. procumbens, fol. linearibus, corymb. lateralibus
pedunculatis.

spinosa. 4. S. suffruticosa, fol. linearibus spinulis ciliatis.

120. SHERARDIA. Cor. 1-petala, infundibulif.
 149. *Semina* 2, tridentata.

- aruenfis.* 1. *S.* fol. omnibus verticillatis, floribus terminalibus.
muralis. 2. *S.* foliis floralibus binis oppositis binis floribus. *Gallium* fol. senis linearibus, ramis simplicibus, fructibus hispida subsessilibus. *Ger. prou.* 227. *Al- lion. nicaeensis.* 4.
fruticosa. 3. *S.* foliis quaternis aequalibus, caule fruticoso.

121. ASPERVLA. Cor. 1-petala, infundibulif. *Se- mina* 2, globosa.
 150.

- odorata.* 1. *A.* fol. octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis.
aruenfis. 2. *A.* fol. senis, flor. sessilibus terminalibus aggregatis.
taurina. 3. *A.* fol. quaternis ovato-lanceolatis, flor. fasciculatis terminalibus. *Rami alterni. Pedunculi alterni, 1, 2. Flores fasciculati Bracteis ciliatis. Flores omnes hermaphroditi Pistillo bipartito, quod rarius ante marcescentiam floris excrescit.*
crassifolia. 7. *A.* fol. quaternis oblongis lateralibus reuolutis obtusiusculis pubescentibus. *Mant.* 37. *
tinctoria. 4. *A.* fol. linearibus: inferioribus senis; intermediis quaternis, caule flaccido, flor. plerisque trifidis.
pyrenaic. 5. *A.* fol. quaternis lanceolato-linearibus, caule erecto, floribus saepius trifidis.
cynanchi- ca. 6. *A.* fol. quaternis linearibus: superioribus oppositis, caule erecto, flor. quadrifidis.
laevigata. 8. *A.* fol. quaternis ellipticis eneruiis laeviusculis, pedunc. trichotomis, sem. laevibus. *Mant.* 38.

122. DIODIA. Cor. 1-petala, infundibulif. *Capsula*
 151. 2-locularis, 8-sperma.

virginica. 1. **DIODIA.**

123. KNOXIA. Cor. 1-petala, infundibulif. Sem.
151. 2, fulcata: calycis vnicum folium
maius.

Ceylanic. 1. KNOXIA.

124. HOVSTONIA. Cor. 1-petala, infundibulif.
152. Caps. 2-locularis, 2-sperma,
supera.

caerulea. 1. H. foliis radicalibus ovatis, caule composito, pedun-
culis primis bifloris.

purpurea. 2. H. fol. ovato-lanceolatis, corymbis terminalibus,
flor. superis. (an diuersi generis?)

125. GALIVM. Cor. 1-petala, plana. Sem. 2, sub-
152. rotunda.

* *Fructu glabro.*

rubioides. 2. G. foliis quaternis lanceolato-ovatis aequalibus sub-
tus scabris, caule erecto, fructibus glabris. *Hall.*
emend. 206.

palustre. 3. G. fol. quaternis obouatis inaequalibus, caulibus dif-
fufis.

bermudianum. 4. G. fol. quaternis linearibus obtusis, ramis ramofif-
simis.

trifidum. 5. G. fol. quaternis linearibus, caule procumbente sca-
bro, corollis trifidis.

montanum. 15. G. fol. subquaternis linearibus laevibus, caul. de-
bili scabro, sem. glabris.

tinctorium. 6. G. fol. linearibus caulinis senis; ramorum quater-
nis, caule flaccido, pedunc. subbifloris, fructibus
glabris.

virginosum. 7. G. fol. senis lanceolatis retrorsum ferrato-aculeatis
mucronatis rigidis, corollis fructu maioribus. *Fl.*
suec. 2. n. 127.

spurium. 8. G. fol. senis lanceolatis carinatis scabris retrorsum
aculeatis, geniculis simplicibus, fructibus glabris.

saxatile. 9. G. fol. senis obouatis obtusis, caule ramosissimo
procumbente.

- minutum.* 10. G. fol. octonis lanceolatis mucronatis ferrato-aculeatis glabris incuruis, fructibus reflexis.
- pusillum.* 11. G. fol. octonis hispidis linearibus acuminatis subimbricatis, pedunc. dichotomis.
- verum.* 12. G. foliis octonis linearibus sulcatis, ramis floriferis breuib. *Antherae defloratae fiunt fuscae.*
- Mollugo.* 14. G. fol. octonis ovato-linearibus subserratis patentissimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus.
- Sylvaticum.* 13. G. fol. octonis laevibus subtus scabris: floralibus binis, pedunc. capillaribus, caul. laevi. *Flores ante florescentiam nutantes. D. Schreber.*
- aristatum.* 1. G. fol. octonis lanceolatis laevibus, panicula capillari, petalis aristatis, sem. glabris. *Galium laevigatum. Sp. pl. 1667. Galium hericum, caule debili, foliis octonis lanceolato-linearibus mucronatis, floribus aristatis. Turr. diar. ital. 1764. v. 119. Habitat. in Baldo.*
- hierosolymitanum.* 18. G. fol. denis lanceolato linearibus, umbellis fastigiatis, fructibus glabris.
- glaucum.* 16. G. foliis verticillatis linearibus, pedunc. dichotomis, caule laevi.
- purpureum.* 17. G. fol. verticillatis lineari-setaceis, pedunc. capillaribus folio longioribus.
- rubrum.* 19. G. fol. verticillatis linearibus patulis, pedunc. brevissimis.
- * * *Fructu hispido.*
- boreale.* 20. G. fol. quaternis lanceolatis trineruis glabris, caule erecto, sem. hispidis.
- maritimum.* 24. G. fol. quaternis hispidis, pedunc. unifloris, fructibus villosis. *Mant. 38.*
- rotundifol.* 21. G. fol. quaternis ovatis obtusis aculeato-ciliatis, sem. hispidis.
- graecum.* 25. G. hirtum, fol. subsenis lineari-lanceolatis, caul. lignosis. *Mant. 38.*
- Aparine.* 22. G. fol. octonis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fruct. hispidis.
- parisiens.* 23. G. fol. verticillatis linearibus, pedunc. bifloris, fructibus hispidis.

126. CRUCIANELLA. Cor. 1-petala. infundibulif. tubo filiformi; limbo unguiculato. Cal. 2-phyllus. Sem. 2, linearia.

- 157.
- angustif.* 1. *C. erecta*, fol. senis linearibus, flor. spicatis.
latifolia. 2. *C. procumbens*, fol. quaternis lanceolatis, flor. spicatis. *Variat caule erecto.*
aegyptiaca. 6. *C. fol. quaternis sublinearibus*, flor. spicatis quinquefidis. *Mant. 38. **
patula. 3. *C. diffusa*, fol. senis, flor. sparsis.
maritima. 4. *C. procumbens suffruticosa*, fol. quaternis mucronatis, flor. oppositis quinquefidis.
monspeliaca. 5. *C. procumbens*, fol. acutis: caulinis quaternis ovatis; rameis linearibus, flor. spicatis.

127. RUBIA. Cor. 1-petala, campanulata. Baccae 2, monospermae.

158.

- tinctorum.* 1. *R. foliis annuis, caule aculeato.* Rubia sylv. monspassulana maior. *Bauh. hist. 3. p. 715.*
peregrin. 2. *R. foliis perennantibus ellipticis supra laevibus.*
angustif. 3. *R. fol. perennantibus linearibus supra scabris.* *Mant. 39. **

128. FUCHSIA. Cor. 1-petala, infundibuliformis: limbo 8-fido. Bacca infera, 4-locularis, polysperma.

159.

- trihylla.* 1. FUCHSIA. *Plum. ic. 133. f. 1. Mill. dict. †*

129. SIPHONANTHUS. Cor. 1-petala, infundibulif. longissima, infera. Baccae 4, monospermae.

159.

- indica.* 1. SIPHONANTHUS. *Act. petrop. 1736. p. 214. t. 15.*

130. **CATESBAEA.** *Cor.* 1-petala, infundib. longissima, supera. *Stamina* intra faucem. *Bacca* polysperma.

159.

spinosa. 1. **CATESBAEA.**

131. **IXORA.** *Cor.* 1-petala, infundib. longa, supera. *Stamina* supra faucem. *Bacca* 4-sperma.

159.

coccinea. 1. **I.** fol. ovalibus semiamplexicaulibus, floribus fasciculatis. *Coryledones* ovatae, maiusculae. *Caulis* ruber. *Stipulae* inter folia opposita, acuminatae, solitariae, ut in *Coffea*. H. V.

alba. 2. **I.** fol. lanceolato-ovatis, floribus fasciculatis.

americana. A. **I.** fol. ternis lanceolato-ovatis, floribus thyrsoides.

132. **PAVETTA.** *Cor.* 1-petala, infundib. supera. *Stigma* curvum. *Bacca* 2-sperma.

160.

indica. 1. **PAVETTA.** *Rumph. amb. 4. t. 47. Pluk. phyt. 147. f. 1.*

133. **PETESIA.** *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Stigma* bifidum. *Bacca* polysperma.

160.

stipularis. 1. **P.** fol. lanceolato-ovatis subtus tomentosis, thyrsis lateralibus.

Lygistum. 2. **P.** fol. ovatis nudis lineatis, caule flexuoso.

134. **MITCHELLA.** *Cor.* 1-petala, superae, binae eidem germi. *Stigm.* 4. *Bacca* bifida, 4-sperma.

161.

repens. 1. **MITCHELLA.**

135. **CALLICARPA.** *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 4-sperma.

161.

americana. 1. **C.** fol. serratis simillima ex Ind. orientali vix distinguenda, Foliis subtus albo-tomentosis, serraturis magis mucronatis, apice minus producto.

integrisol. 2. **C.** fol. integerrimis. *Jacq. †*

136. **AQVAR.**

136. **AQVARTIA.** *Cal.* campanulatus. *Cor.* rotata
161. laciniis linearibus. *Bacca* poly-
lysperma.

aculeata. 1. **AQVARTIA.**

137. **POLYPREMVM.** *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-fida,
161. rotata: lobis obcordatis.
Capsf. compressa, emargi-
nata, 2-locularis.

procumb. 1. **POLYPREMVM.**

138. **PENAEIA.** *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* campanulata.
162. *Styl.* 4-angularis. *Capsf.* tetrago-
na, 4-locularis, 8-sperma.

Sarcocoll. 1. *P.* foliis ovatis planis.

mucron. 2. *P.* foliis cordatis acuminatis.

squamosa. 3. *P.* foliis rhombaco-cuneiformibus carnosis.

139. **BLAERIA.** *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-fida. *Sta-*
162. *mina* receptaculo inserta. *Capsf.*
4-locularis, polysperma.

ericoides. 1. *B.* flor. congestis terminalibus.

pusilla. 2. *B.* flor. sparsis. *Mant.* 39. *

140. **BVDDLEIA.** *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Stami-*
162. *na* ex incisuris. *Capsf.* 2-fulca,
2-locularis, polysperma.

americ. 1. *B.* fol. ovatis.

occident. 2. *B.* fol. lanceolatis.

141. EXACVM. Cal. 4-phyllus. Cor. 4-fida: tubo
 163. globofo. Caps. 2-fulca, 2-locu-
 laris, polysperma, apice dehi-
 scens.

sessile. 1. E. floribus sessilibus.

peduncul. 2. E. floribus pedunculatis. *Affinis Gentianis.*

142. PLANTAGO. Cal. 4-fidus. Cor. 4-fida: lim-
 163. bo reflexo. Stamina longis-
 sima. Caps. 2-locularis, cir-
 cumscissa.

• *Scapo nudo.*

- maior.* 1. P. fol. ovatis glabris, scapo tereti, spica flosculis im-
 bricatis.
- asiatica.* 2. P. fol. ovatis glabris, scapo angulato, spica flosculis
 distinctis.
- media.* 3. P. fol. ovato-lanceolatis pubescentibus, spica cylin-
 drica, scapo tereti.
- virginica.* 4. P. fol. lanceolato-ovatis pubescentibus subdenticu-
 latis, spicis floribus remotis, scapo tereti. *Flos*
in America corollas explicat et stamina exserit, in Eu-
ropa vero vix; folia semitrineruia et Scapus pubescen-
tia.
- altissima.* 5. P. fol. lanceolatis quinqueneruiis dentatis glabris,
 spica oblonga cylindrica, scapo subangulato.
- lanceolat.* 6. P. fol. lanceolatis, spica subovata nuda, scapo angu-
 lato. *Variet. 2. Ger. prou. 333. t. 12.*
- Lagopus.* 7. P. fol. lanceolatis subdenticulatis, spica ovata hir-
 suta, scapo tereti.
- lusitanica.* 17. P. fol. lato-lanceolatis trineruiis subdentatis subpi-
 losis, spica oblonga hirsuta, scapo angulato. *Sp.*
pl. 1667.
- albicans.* 8. P. fol. lanceolatis obliquis villosis, spica cylindrica
 erecta, scapo tereti.
- alpina.* 9. P. fol. linearibus planis, scapo tereti hirsuto, spica
 oblonga erecta. *Bocc. mus. 2. p. 22.*
- cretica.* 18. P. fol. linearibus, scapo tereti brevissimo lanato,
 spica subrotunda nutante.
- maritim.* 11. P. fol. semicylindraceutis integerrimis basi lanatis,
 scapo tereti.

subu-

- subulata.* 12. P. fol. subulatis triquetris striatis scabris, scapo tereti.
Serraria. 13. P. fol. lanceolatis quinqueneruiis dentato-fenatis, scapo tereti.
Coronop. 14. P. fol. linearibus dentatis, scapo tereti.
Loeflingi. 15. P. fol. linearibus subdentatis, scapo tereti, spica ovata, bracteis carinatis membranaceis.
uniflora. 16. P. fol. subulatis, scapo unifloro. *Oed. dan. t. 170. Planta monoica.*

* * *Caule ramoso.*

- Psyllium.* 17. P. caule ramoso herbaceo, fol. subdentatis recurvatis, capitulis aphyllis.
indica. 18. P. caule ramoso herbaceo, fol. integerrimis, reflexis ciliatis, capitulis foliosis. *Calycis foliola duo inferiora obtusissima, parvulata, valde gibba, intus concava. Corollae tubulosae, calyce duplo saepe longiores.*
cynops. 19. P. caule ramoso suffruticoso, foliis integerrimis filiformibus strictis, capitulis subfoliatis.
afra. 20. P. caule ramoso fruticoso, fol. lanceolatis dentatis, capitulis aphyllis. *Psyllium foliis laciniatis. Boccon. sic. 8. t. 7. f. B.*

143. SCOPARIA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-partita, 168. rotata. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis, polysperma.

- dulcis.* 1. S. fol. ternis, flor. pedunculatis. *Jacq. amer. 17.*
procumb. 2. S. fol. quaternis, flor. sessilibus. *Jacq. amer. 18.*

144. RHACOMA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-partita. 169. *Caps.* 1-locularis, monosperma.

Crossopetalum 1. RHACOMA.

145. CENTUNCVLVS. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida, 169. patens. *Stam.* brevia. *Caps.* 1-locularis, circumscissa.

minimus. 1. CENTUNCVLVS. *Oed. dan. t. 177.*

146. SAN-

146. SANGVISORBA. Cal. 2-phyllus. Germen inter calycem corollamque.

169.

- officinal. 1. S. spicis ovatis.
 media. 2. S. spicis cylindricis.
 canadens. 3. S. spicis longissimis.

147. CISSVS. Bacca 1-sperma, cincta calyce Corollae quadripartita.

170.

- virginea. 1. C. fol. cordatis subquinquelobis tomentosis. (exclusis Synonymis Rhedi, Rumphii.)
 cordifolia. 2. C. fol. cordatis integerrimis.
 Sicyoides. 3. C. fol. subcordatis nudis setaceo-ferratis, ramulis teretibus. Cissus foliis simplicibus nitidis. Jacq. amer. 22. t. 15. Vitis foliis dentatis. Plum. ic. 259. f. 2. Funis crepitans. Rumph. amb. 5. p. 446. t. 146. f. 1. Schunumbi valli. Rheed. mal. 7. t. 11.
 quadrangularis. 6. C. fol. cordatis carnosissimis ferrato-dentatis, caule tetragono tumidiusculo. Mant. 39. *
 acida. 4. C. fol. ternatis obovatis glabris carnosissimis incisissimis. Rumph. amb. 5. t. 166. f. 2.
 trifoliata. 5. C. fol. ternatis subrotundis hirsutis subdentatis, ramis membranaceo-angulatis. Jacq. amer. 23. t. 182. f. 10.

148. EPIMEDIVM. Nectaria 4, cyathiformia, petalis incumbentia. Cor. 4-petala. Cal. caducus. Siliqua.

171.

- alpinum. 1. EPIMEDIVM.

149. CORNVS. Involucrum 4-phyllum saepius. Petala supera 4. Drupa nucleo 2-loculari.

171.

- florida. 1. C. arborea, involucreo maximo: foliolis obcordatis. Kalm. canad. 2. p. 321.
 mascula. 2. C. arborca, umbellis involucrum aequantibus.

- sanguin.* 3. *C.* arborea, cymis nudis, ramis rectis.
alba. 6. *C.* arborea, cymis nudis, ramis recurvatis. *Mant.*
suecica. 4. *C.* herbacea, ramis binis.
canadens. 5. *C.* herbacea, ramis nullis.

150. FAGARA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-petala. *Caps.*
 172. biualuis, monosperma.

- Pterota.* 1. *F.* foliolis emarginatis.
Piperita. 3. *F.* foliolis crenatis.
tragodes. 2. *F.* articulis pinnarum subtus aculeatis. *Jacq. met.*
 21. l. 14.
oclandra. 4. *F.* foliolis tomentosis. *Mant.* 40.

151. TOMEX. *Cal.* 1-phyllus, cylindricus. *Stam.*
 172. longa. *Stigma* emarginatum. *Bacca.*

tomentos. 1. TOMEX.

152. PTELEA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-partitus; infe-
 173. rus. *Fructus* membrana subrotun-
 da, centro monospermos.

- trifoliata.* 1. *P.* foliis ternatis.
viscosa. 2. *P.* foliis simplicibus. *Dodonea.* *Fabr. helmst.* 439

153. LVDVIGIA. *Cor.* tetrapetala. *Cal.* 4-partitus,
 173. superus. *Caps.* 4-gona, 4-locu-
 laris, infera, polysperma.

alternifol. 1. *L.* foliis alternis lanceolatis, caule erecto. *Flores*
laterales, axillares, solitarii. *Capsulae* cubicae, calyce
minores.

oppositifol. 2. *L.* foliis oppositis lanceolatis, caule diffuso.
erigata. 3. *L.* foliis oppositis lanceolatis, caule erecto. *Mant.*

40.

154. **OLDENLANDIA.** *Cor.* tetrapetala. *Cal.* 4-partitus, superus. *Capsf.* 2-locularis, infera polysperma.

174.

- verticilla* 6. *O.* flor. verticillatis sessilibus, stipulis setigeris. *Mant.*
repens. 7. *O.* capsf. sessilibus hispidis, fol. lanceolatis. *Mant.*
in flora. 1. *O.* pedunc. simplicissimis lateralibus, fructibus hirtis, fol. subovatis acutis.
biflora. 2. *O.* pedunc. bifloris petiolo longioribus, fol. lanceolatis. Antirrhinum humile angustifolium, flore gemello ex alis foliorum. *Burm. zeyl. 22. t. 11.*
umbellat. 3. *O.* umbellis nudis lateralibus alternis, fol. linearibus.
corymbos. 4. *O.* pedunc. multifloris, fol. lineari-lanceolatis. *Sp. pl. 1679.*
paniculata. 5. *O.* pedunc. paniculatis terminalibus, fol. ovali-lanceolatis. *Sp. pl. 1667.* Mollugo zeylanica sylvestris angustifolia, flore albo. *Burm. zeyl. 161. t. 71. f. 2.*

155. **AMMANNIA.** *Cor.* 4-petala, calyci inserta, vel nulla. *Cal.* 1-phyllus, plicatus, 8-dentatus, inferus. *Capsf.* 4-locularis.

174.

- latifolia.* 1. *A.* fol. femiamplexicaulibus, caule tetragono.
ramosior. 2. *A.* fol. subpetiolatis, caule ramoso.
baccifer. 3. *A.* fol. subpetiolatis, capsf. calyce maioribus coloratis. *Burm. ind. t. 15. f. 3.* Cornelia verticillata. *Ard. spec. 2. p. 9. t. 1. e China facta Italica.*

156. **ISNARDIA.** *Cor.* nulla. *Cal.* 4-fidus. *Capsula* 4-locularis, cincta calyce.

175.

palustris. 1. **ISNARDIA.**

157. **TRAPA.** *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-partitus. *Nux* spinis 4, oppositis cincta, quae calycis folia fuere.

175.

quars. 1. **TRAPA.**

158. **DOR.**

158. DORSTENIA. *Receptac.* commune 1-phyllum, carnosum, in quo *Semina* solitaria nidulantur. (*)

176.

Houstoni. 3. D. scapis radicatis, fol. cordatis angulatis acutis, receptaculis quadrangulis.

Contrajerua. 1. D. scapis radicatis, fol. pinnatifido-palmatis ferratis, receptaculis quadrangulis.

Drakena. 2. D. scapis radicatis, fol. pinnatifido-palmatis integerrimis, receptaculis ovalibus.

caulesc. 4. D. pedunculis caulinis.

1243. COMETES. *Involucr.* 4-phyllum, 3-florum. *Cal.* 4-phyllus. *Caps.* 3-coeca.

alterniflora. 1. COMETES. *Mant.* 39. *

159. ELAEAGNUS. *Cor.* nulla. *Cal.* 4-fidus, campanulatus, superus. *Drupa* infra calycem campanulatum.

176.

angustif. 1. E. foliis lanceolatis.

orientalis. 4. E. fol. oblongis ovatis opacis. *Mant.* 41. *

spinosa. 2. E. foliis ellipticis.

latifolia. 3. E. foliis ovatis.

1244. STRUTHIOLA. *Cor.* nulla. *Cal.* tubulosus: ore glandulis 8. *Bacca* effuca, monosperma.

virgata. 1. S. pubescens. *Mant.* 41. *

erec̄ta. 2. S. glabra. *Mant.* 41. * *Passerina* dodecandra. *Sp.* pl. 513. (excluso synonymo *Burm.*)

160. BRABEJVM. *Cor.* 4-petala, infera. *Cal.* nullus. *Drupa* villosa, supera.

177.

stellatif. 1. BRABEJVM.

161. KRA-

(*) Dorsteniae omnis flores in viva planta attente observandi et describendi.

161. **KRAMERIA.** *Cal.* 0. *Cor.* 4-petala: *Nectario*
177. superiore 3-partito; inferiore
2-phyllo. *Bacca* ficca, echina-
ta, 1-sperma.

Acina. 1. **KRAMERIA.**

162. **RIVINA.** *Cor.* 4-petala, persistens. *Cal.* nul-
177. lus. *Bacca* 1-sperma: Semine len-
tiforme.

- humilis.* 1. R. racemis simplicibus, floribus tetrandris, fol. pu-
bescentibus.
laevis. 4. R. racemis simplicibus, floribus retrandris, fol. gla-
bris. *Mant.* 41. *
octandra. 2. R. racemis simplicibus, floribus octandris dodecan-
drisue. *Jacq. spec.* 6. t. 2. *Stamina* 4 intra calycis
folia; reliqua 8 alternantia. *Antherae* hastatae. *Sty-*
lus nullus. *Stigma* penicilliforme. *Semen* lentiforme,
nitidum.
panicul. 3. R. paniculae racemis compositis oppositisque.

163. **SALVADORA.** *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. *Bacca* 1-
178. sperma. *Sem.* arillo vesti-
tum.

persica. 1. **SALVADORA.**

164. **CAMPHOROSMA.** *Cal.* vrceolatus: denti-
178. bus 2 oppositis, alter-
nisque minimis. *Cor.*
nulla. *Caps.* 1-sperma.

- monspel.* 1. C. foliis hirsutis linearibus.
acuta. 2. C. foliis subulatis rigidis glabris.
glabra. 3. C. fol. subtriquetris glabris inermibus.
Pteranthus. 4. C. ramosissima, pedunc. ensiformibus dilatatis, bra-
cteis cristatis. *Mant.* 41. *

165. **ALCHEMILLA.** Cal. 8-fidus. Cor. o. Sem. 1.

178.

vulgaris. 1. A. foliis lobatis.*alpina.* 2. A. fol. digitatis ferratis.*pentaph.* 3. A. fol. quinatis multifidis glabris.

DIGYNIA.

166. **APHANES.** Cal. 8-fidus. Cor. o. Sem. 2.

179

nuda.

arvensis. 1. APHANES.167. **CRVZITA.** Cal. 4-phyllus: exterior 3-phyllus.

179.

Cor. o. Sem. 1.

hispanica. A. CRVZITA.168. **BVFONIA.** Cal. 4-phyllus. Cor. 4-petala.

179.

Caps. 1-locularis, 2-sperma.

tenuifolia. 1. BVFONIA. Ger. prov. 400. * variat. Staminibus 4 et 2.169. **HAMAMELIS.** Involucr. 3-phyllum. Cal. proprius 4-phyllus. Petala 4.

180.

Nux 2-cornis, 2-locularis.

virginica. 1. HAMAMELIS. Frutex huic simillimus, cui Corolla mitla. Stamina plurima (20-40), longa, flau', filiformia, compressa, antheris minutis; an itaque flores sexu diversi? misit D. Garden.170. **CVSCVTA.** Cal. 4-fidus. Cor. 1-petala. Caps.

180.

2-locularis.

europaea. 1. C. floribus sessilibus.*americ.* 2. C. floribus pedunculatis. Jacq. amer. 24.

Syst. Nat. Tom. II.

I

171. HY.

171. **HYPECOVM.** *Cal.* 2 - phyllus. *Petala* 4: exterioribus duobus latioribus, 3 - fidis. *Fructus* filiqua.

181.
procumb. 1. H. filiquis arcuatis compressis articulatis.
pendulum. 2. H. filiquis cernuis teretibus cylindricis.
erectum, 3. H. filiquis erectis teretibus torulosis. *Stamina* videntur *Tetradynama.*

TETRAGYNIA.

172. **ILEX.** *Cal.* 4 - dentatus *Cor.* rotata. *Stylus* 0.
 181. *Bacca* 4 - sperma.

* *Flores* quadrifidi.

Aquifolium. 1. I. fol. ovatis acutis spinosis. *Polygama* dioica: *Planta* hermaphrodita 5 - petala, pentandra. *Ger.*

Cassine. 2. I. fol. ovato - lanceolatis ferratis.

asiatica. 3. I. fol. lato - lanceolatis obtusis integerrimis.

* * *Flores* trifidi.

cuneifol. 4. I. fol. cuneiformibus tricuspидatis. *Plum. ic.* 108.
 f. 2.

Dodonaea. 5, I. fol. pinnatis. *Cal.* 3 - dentatus. *Cor.* 3 - fida. *Stam.*
 3. *Sem.* 3.

173. **COLDENIA.** *Cal.* 4 - phyllus.. *Cor.* infundibulif. *Styl.* 4. *Sem.* 2, bilocularia.
 182.

procumb. 1. **COLDENIA.** *Planta* depressa ramis alternis. *Folia* alterna, subpetiolata, obovata, latere superiore sublunata, plicata secundum serraturas profundas, tomentosa exceptis plicis. *Flores* axillares, nonnulli, sessiles. *Styli* 4. *Sem.* 2, bilocularia, intus plana, extus muricato - angulata.

174. **POTAMOGETON.** *Cal.* 0. *Petala.* 4. *Stylus.* 0. *Sem.* 4.
 182.

natans. 1. P. fol. oblongo - ovatis petiolatis natantibus.

perfoliat. 2. P. fol. cordatis amplexicaulibus.

den-

- densum.* 3. P. fol. ovatis acuminatis oppositis confertis, caulibus dichotomis, spica quadriflora.
- lucens.* 4. P. fol. lanceolatis planis in petiolos desinentibus.
- crispum.* 5. P. fol. lanceolatis alternis undulatis serratis.
- serratum.* 6. P. fol. lanceolatis oppositis subundulatis, *an varietas praecedentis?*
- compressum.* 7. P. Fol. linearibus obtusis - caule compresso.
- pectinatum.* 8. P. fol. setaceis parallelis approximatis distichis.
- setaceum.* 9. P. fol. lanceolatis oppositis acuminatis.
- gramineum.* 10. P. fol. lineari-lanceolatis alternis sessilibus stipulati-
latis.
- marinum.* 11. P. fol. linearibus alternis distinctis inferne vaginantibus.
- pusillum.* 12. P. fol. linearibus oppositis alternisque distinctis basi patentibus, caule tereti.

175. RVPPIA. Cal. 0. Cor. 0. Sem. 4. pedicellata:
184.

maritima. 1. RVPPIA.

176. SAGINA. Cal. 4-phyllus. Petala. 4. Caps.
184. I -locularis, 4 - valvis, polysperma.

procumb. 1. S. ramis procumbentibus. *Ard. spec. 2. p. 23. t. 8. f. 2. Variat floribus corollatis et apetalis, vt Jacq. vind. 26.*

erecta. 2. S. caule erecto subunifloro. Sagina fol. lineari-lanceolatis. *Ger. prov. 402. Calycis foliola lanceolata, acuminata.*

virginic. 3. S. caule erecto, floribus oppositis:

177. TILLAEA. Cal. 3-f. 4-partitus. Petala 3.
168. f. 4. aequalia. Caps. 3. f. 4, poly-
spermae.

aquatica. 1. T, erecta dichotoma, foliis acutis, flor. quadrifidis.
muscosa. 3. T. procumbens, flor. trifidis.

178. MYGINDA. Cal. 4-partitus. Petal. 4. Dru-
1661 pa globosa.

viragoga. MYGINDA. Jacq. amer. 24. t. 16. Sp. pl. 1661.

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Fl. Monopetali, inferi, monospermi.*242. MIRABILIS. *Nucula infra corollam! Cor. infundib. Stigm. globosum.*213. PLUMBAGO. *Sem. 1. Stam. valvis inserta. Cor. infundib. Stigm. 5-fidum.** *Fl. Monopetali inferi dispermi, Asperifoliae.*186. CERINTHE. *Cor. fauce nuda, ventricosa. Sem. 2-ossea, 2-locularia.*1245. MESSERSMIDIA. *Cor. fauce nuda, infundib. Sem. 2, suberosa, 2-sperma.** *Fl. Monopetali, inferi, tetraspermi. Asperifoliae.*191. ECHIVM. *Cor. fauce nuda, irregularis! campanulata.*179. HELIOTROPIVM. *Cor. fauce nuda, hypocraterif. lobis dente interiectis Sem. 4.*184. PULMONARIA. *Cor. fauce nuda, infundib. Cal. prismaticus.*181. LITHOSPERMVM. *Cor. fauce nuda, infundib. Cal. 5-partitus.*187. ONOSMA. *Cor. fauce nuda, ventricosa. Sem. 4.*185. SYMPHYTVM. *Cor. fauce dentata, ventricosa.*188. BORAGO. *Cor. fauce dentata, rotata.*190. LYCOPSIS. *Cor. fauce fornicata, infundib. tubo curuato.*189. ASPERVGO. *Cor. fauce fornicata, infundib. Fructus compressus.*183. CYNOGLOSSVM. *Cor. fauce fornicata, infundib. Sem. depressa, latere affixa.*182. ANCHUSA. *Cor. fauce fornicata, infundib. tubo basi prismatico.*180. MYOSOTIS. *Cor. fauce fornicata, hypocrateriform. lobis emarginatis.** *Fl. Monopetali, inferi, pentaspermi.*193. NOLANA. *Cor. monopetala. Sem. 5, baccata, 2 f. 4-locularia.** *Fl. Monopetali, inferi, angiospermi.*243. CORIS. *Caps. 1-locularis, 5-valvis. Cor. irregularis! Stigm. capitatum.*

204. HYDROPHYLLUM. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis. *Cor.* nectariis 5 exarata. *Stig.* 2-fidum.
276. GALAX. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis. *Cor.* hypocraterif. *Stig.* subrotundum.
198. CORTUSA. *Caps.* 1-locularis, oblonga. *Cor.* rotata, *Stig.* subcapitatum.
206. ANAGALLIS. *Caps.* 1-locularis, circumscissa. *Cor.* rotata. *Stig.* capitatum.
285. LYSIMACHIA. *Caps.* 1-locularis, 10-valvis. *Cor.* rotata. *Stig.* obtusum.
201. CYCLAMEN. *Caps.* 1-locul. intus pulposa: *Cor.* reflexa. *Stig.* acutum.
200. DODECATHEON. *Caps.* 1-locularis, oblonga. *Cor.* reflexa. *Stig.* obtusum.
199. SOLDANELLA. *Caps.* 1-locularis. *Cor.* lacera! *Stig.* simplex.
197. PRIMULA. *Caps.* 1-locularis. *Cor.* infundib. fauce peruia. *Stig.* globosum.
196. ANDROSACE. *Caps.* 1-locularis. *Cor.* hypocrat. fauce coarct. *Stig.* globosum.
195. ARETIA. *Caps.* 1-locularis? *Cor.* hypocraterif. *Stig.* depresso-capitatum.
203. HOTTONIA. *Caps.* 1-locularis. *Cor.* tubus infra stamina! *Stig.* globosum.
202. MENYANTHES. *Caps.* 1-locularis. *Cor.* villosa! *Stig.* 2-fidum.
207. THEOPHRASTA. *Caps.* 1-locularis, maxima! *Cor.* campanulata. *Stig.* acutum.
209. SPIGELIA. *Caps.* 2-locularis, didyma! *Cor.* infundib. *Stig.* simplex.
210. OPHIORRHIZA. *Caps.* 2-locularis, 2-partita! *Cor.* infundib. *Stig.* 2-fidum.
215. CONVULVULVS. *Caps.* 2-locul., 2-sperma. *Cor.* campanulata, *Stig.* 2-fidum.
1248. LISIANTHVS. *Caps.* 2-locul. polysperma. *Cor.* infundib. ventricosa. *Styl.* persistens.
208. PATHAGONVLA. *Caps.* 2-locularis. *Cor.* rotata. *Stylus* dichotomus!
1246. NIGRINA. *Caps.* 2-locularis. *Cor.* infundib. *Cal.* inflatus.
246. DATURA. *Caps.* 2-locular. 4-valvis! *Cor.* infundib. *Cal.* deciduus.
247. HYOSCYAMVS. *Caps.* 2-locul. operculata! *Cor.* infundib. *Stig.* capitatum.

284. NICOTIANA.	Caps. 2-locularis. Stig. emarginat.	Cor. infundib.
245. VERBASCUM.	Caps. 2-locularis. Stig. obtusum.	Cor. rotata. Stam. declinata.
255. CHIRONIA.	Caps. 2-locularis lato. Anther. defloratae spirales.	Cor. tubo-urceo-
194. DIAPENSIA.	Caps. 3-locularis. Cal. 8-phyllus.	Cor. hypocrater.
214. PHLOX.	Caps. 3-locularis. curuo. Stigm. 3-fidum.	Cor. hypoc. tubo
217. POLEMONIVM.	Caps. 3-locularis. Stam. valuis imposita.	Cor. 5-partita.
216. IPOMOEIA.	Caps. 3-locularis. Stig. capitatum.	Cor. infundib.
1229. BROSSAEA.	Caps. 5-locul. Cal. carnosus.	Cor. truncata.
212. AZALEA.	Caps. 5-locularis. lata. Stig. obtusum.	Cor. campanu-
302. CEROPEGIA.	Folliculi 2. niuente. Sem. papposa.	Cor. limbo con-
297. NERIVM.	Folliculi 2. erecti. nata. Sem. papposa.	Cor. fauce coro-
299. ECHITES.	Follic. 2, recti. fauce nuda.	Cor. infundibulif. Sem. papposa.
1253. PERGVLARIA.	Follic. 2. Nectaria 5, semisagittata.	Cor. hypocraterif.
298. PLUMIERIA-	Follic. 2, refracti. Sem. alata.	Cor. infundib.
300. CAMERARIA.	Follic. 2, lobati. Sem. alata.	Cor. hypocrat.
301. TABERNAEMON- TANA.	Follic. 2, pulposi. Sem. simplicia.	Cor. hypocrat.
295. VINCA.	Follic. 2, erecti Sem. simplicia.	Cor. hypocrat.
1251. CARISSA.	Baccae 2, polyspermae.	
254. IACQVINIA.	Bacca 1-sperma. nectario 5 phyllo-	Cor. 10-fida:
259. LAVGERIA.	Bacca 1-sper. Nuc. 5-loc. Stig. capitat.	
1252. PAEDERIA:	Bacca 2-sperma, inflata, fragilis.	
258. VARRONIA.	Bacca 1-sper. Nuc. 4-loc. Stig. 4-plex.	
256. CORDIA.	Bacca 1-sper. Nuc. 4-loc. Stig. dichoto- mun! Calyx baccae accretus.	
257. EHRETIA.	Bacca 4-sper. Nuc. 2-loc. Stig. emargi- natum.	

192. TOURNEFORTIA. *Bacca* 4-sper. apice pertusa! *Sem.* 2-locularia.
293. RAVWOLFIA. *Bacca* 2-sperma. *Sem.* cordata.
294. CERBERA. *Bacca* 2-sperma. *Nuces* compressae, retusae.
1250. ARDVINA. *Bacca* 2-sperma. *Sem.* oblonga.
Coroll. curvata. *Stig.* 2-fidum.
269. MYRSINE. *Bacca* 1-sperma. *Stig.* villosum.
261. CESTRUM. *Bacca* 1-locularis. *Filam.* dente notata!
260. BRUNFELSIA. *Bacca* 1-locularis. *Cor.* longissima.
211. RANUNC. *Bacca* 1-locul. corticosa. *Cal.* truncatus.
253. STRYCHNOS. *Bacca* 2-locul. corticosa. *Stig.* capitatum.
252. CAPSICUM. *Bacca* 2-locul. exsucca. *Antherae* connuentes.
251. SOLANUM. *Bacca* 2-locularis. *Antherae* biperforatae!
250. PHYSALIS. *Bacca* 2-loc. calyce inflato. *Antherae* approximatae.
249. ATROPA. *Bacca* 2-locularis. *Stam.* distantia, incurvata.
244. ELLISIA. *Bacca* 2-locularis. *Sem.* 2: altero superiore.
262. LYCIUM. *Bacca* 2-locularis. *Stam.* basi villosa.
234. MENAIS. *Bacca* 4-locularis. *Cal.* 3-phyllus.
Stig. duo.
264. SIDEROXYLON. *Bacca* 5-sperma. *Cor.* 10-fida, lacin. interioribus connuentibus.
263. CHRISOPHYLLUM. *Bacca* 10-sperma. *Cor.* 10-fida, lacin. exterioribus patentissimis.

• *Achras.*

• *Fl. Monopetali, superi.*

222. SAMOLVS. *Caps.* 1-locul. apice 5 valuis. *Cor.* hypocrat.
Stig. capitatum.
226. BELLONIA. *Caps.* 1-loc. umbilico rostrato. *Cor.* rotata.
Stig. acutum.
225. MACROCNEUMVM. *Caps.* 2-loc. turbinata. *Cor.* campanul.
Stig. bilobum. *Sem.* imbricata.
224. RONDELETIA. *Caps.* 3-locul. subglobosa. *Cor.* infundib.
Stig. obtusum.

228. CINCHONA. *Capsf.* 2-locul. intus dehiscens! *Cor.* hirsuta.
Stig. simplex.
227. PORTLANDIA. *Capsf.* 2-locul., coronata. *Cor.* ventricosa.
Stig. simplex. *Sem.* imbricata.
219. ROELLA. *Capsf.* 2-locul. coronata. *Cor.* rotata.
Stig. 2-fidum.
220. PYTHEUMA. *Capsf.* 2-f. 3-locul. perforata. *Cor.* 5-partita.
Stig. 2-f. 3-fidum.
218. CAMPANULA. *Capsf.* 3-f. 5-locul. perforata. *Cor.* campanul.
Stig. 3-fidum.
221. TRACHELIVM. *Capsf.* 3-locul. perforata. *Cor.* infundib.
Stig. capitatum.
231. MATTHIOLA. *Bacca* 1-sperma. *Cor.* infundib.
indivisa. *Stig.* obtusum.
135. MORINDA. *Bacca* 1-sperma, aggregata. *Cor.* infundib.
Stig. 2-fidum.
229. PSYCOTHRIA. *Bacca* 2-sper. *Sem.* sulcata! *Cor.* infundib.
Stig. emarginatum.
239. COFFEA. *Bacca* 2-sper. *Sem.* arillata! *Cor.* hypocrat
Stigm. 2-partitum.
231. CHIOCOCCA. *Bacca* 2-sperma. *Cor.* infundib.
Stig. simplex.
296. GARDENIA. *Bacca* 2-locul. polysperma. *Cor.* infundib.
Cal. lacin. ensiformibus verticalibus.
240. GENIPA. *Bacca* 2-locul. subrotunda. *Cor.* rotata.
Stig. clauatum.
233. LONIGERA. *Bacca* 2-locul. subrotunda. *Cor.* inaequalis.
Stig. capitatum.
234. TRIOSTEVUM. *Bacca* 3-locular. coriacea. *Cor.* inaequalis.
Stig. oblongum.
241. MUSSAENDA. *Bacca* 4-locularis, oblonga. *Cor.* infundib.
Stig. 2-partitum.
232. HAMELIA. *Bacca* 5-locul. polysperm. *Cor.* tubo lon-
go. *Stigm.* lineare.
238. ERITHALIS. *Bacca* 10-locul. subglobosa. *Cor.* rotata.
Stig. acutum.

* *Rubia.*

* *Crucianella.*

* *Prinos.*

* *Fl. Pentapetali, inferi.*

280. HIRTELLA. *Bacca* 1-sperma. *Stylus* lateralis.
Stam. persistentia, spiralia.

265. RHAMNVS. *Bacca* 3-ocularis, rotunda. *Cal.* tubul. corollifer. *Squamae* oris 5, conuergentes.
266. PHYLICA. *Bacca* 3-cocca. *Cal.* tubul. corollifer. *Squamae* oris 5, conuergentes.
267. CEANOTHVS. *Bacca* 3-cocca. *Cal.* tubul. corollifer. *Petala* fornicata.
270. CELASTRVS. *Bacca* 3-cocca. *Cal.* planus *Sem.* arillata.
271. EVONYMVS. *Bacca* capsularis, lobata. *Cal.* patens. *Sem.* baccato-arillata.
224. VITIS. *Bacca* 5-sperma. *Cor* saepe emarcidoconnata. *Stylus* nullus.
278. MANGIFERA. *Drupa* reniformis. *Cor.* petalis lanceolatis. *Nucleus* lanuginosus.
277. CEDRELA. *Caps.* 5-loc. basi dehiscens! *Cor.* receptaculo unita. *Sem.* alata.
268. BYTTNERA. *Caps.* 5-cocca. *Cal.* coloratus. *Stam.* Nectario annexa.
272. DIOSMA. *Caps.* 5-plex. *Nectar.* germen coronans. *Sem.* arillata.
287. CLAYTONIA. *Caps.* 1-loc., 3-valuis. *Cor.* 2-valuis! *Stig.* 3-fidum.
1234. RORIDVLA. *Caps.* 1-locul. 3-valuis. *Nectarium* antherae scrotiforme.
275. ITEA. *Caps.* 1-loc. 2-valuis. *Cal.* corollifer. *Stig.* obtusum.
286. SAVVAGESIA. *Caps.* 1-ocularis. *Nectar.* 5-phyllum! *Petala* fimbriata.
274. BRVNIA. *Sem.* 1, villosum. *Recept.* comm. villosum. *Stam.* vnguibus petal. inserta.
237. KVHNNIA. *Sem.* 1, papposum. *Recept.* comm. nudum.
223. NAVCLEA. *Sem.* 1, biloculare. *Recept.* comm. nudum

* *Caesalpinia pentandra.* * *Bombax pentandrum.*
 * *Cassia nictitans.* * *Violae.*

* *Fl. Pentapetali, superi.*

281. RIBES. *Bacca* polysperma. *Cal.* corollifer. *Styl.* 2-fidus.
283. HEDERA. *Bacca* 5-sperma. *Cal.* cingens fructum. *Stig.* simplex.
1249. PLECTRONIA. *Bacca* 2-sperma. *Cal.* vnguibus clausus. *Anther.* inclusae, geminatae.
282. GRONOVIA. *Caps.* 1-sper. colorata. *Cal.* coloratus. *Petala* minuta.

1247. CYRILLA. Caps. 2-locularis, polysperma. Stylus bifidus.
Petala acuminata.
285. LAGOECIA. Sem. 2, nuda. Cal. pinnato-pectinatus.
Petala bicornia.
239. CONOCARPUS. Sem. 1, depressum. Recept. aggregans.
Petala conniuentia.

* *Fl. incompleti, inferi.*

288. ACHYRANTHES. Sem. 1, oblongum. Cal. exterior 3-phyllus,
nudus.
289. CELOSIA. Caps. 3-sperma. Cal. exterior 3-phyllus,
coloratus.
290. ILLECEBRUM. Caps. 1-sper. 5-valvis. Cal. simplex, rudis.
291. GLAUX. Caps. 5-sper. 5-valvis. Cal. simplex, rudior,
campanulatus.

* *Polygonum amphibium, lapathifolium.*

* *Ceratonia.*

* *Fl. incompleti, superi.*

292. THESIVM. Sem. 1, coronatum. Cal. staminifer.
* *Loranthus.* * *Trianthema.*

DIGYNIA.

* *Fl. Monopetali, inferi.*

307. STAPELIA. Folliculi 2. Cor. rotata: Nectariis
stellatis.
304. CYNANCHVM. Folliculi 2. Cor. rotata: Nectario
cylindrico.
393. PERIPLOCA. Folliculi 2. Cor. rotata: Nectariis
5, filiformibus.
305. APOCYNVM. Folliculi 2. Cor. campan. Nectariis
glandulosis 5. Setis 5.
306. ASCLEPIAS. Folliculi 2. Cor. reflexa: Nectariis
5, auriformibus unguiculatis.
321. SWERTIA. Caps. 1-loc. 2-valvis. Cor. rotata: poris 5,
nectariferis.
322. GENTIANA. Caps. 1-loc. 2-valvis. Cor. tubulosa, inde-
terminata.
313. CRESSA. Caps. 1-sper. 2-valvis. Cor. hypocrater:
limbo reflexo.
318. HYDROLEA. Caps. 2-loc. 2-valvis. Cor. rotata.
319. SCHREBERA. Fruct. 2-locularis. Cor. infundib. Nectarii
Squama filamentis singulis adnata.

1254. STERIS. *Bacca polysperma.* *Cor. rotata.*
 * *Fl. Pentapetali, inferi.*
447. VELEZIA. *Caps. 1-loc. 1-valuis. Cor. 5-petala. Cal. tubulosus.*
317. NAMA. *Caps. 1-loc. 3-valuis. Cor. 5-petala, minor.*
320. HEVCHERA. *Caps. 2-loc. 2-rostrata. Cor. 5-petala, calyci inserta.*
312. ANABASIS. *Bacca 1-sperma. Cor. 5-petala, minima.*
 * *Staphylaea pinnata.*
 * *Fl. incompleti.*
311. SALSOLA. *Sem. 1, cochleatum, tectum. Cal. 5-phyllus.*
309. CHENOPODIUM. *Sem. 1, orbiculare. Cal. 5-phyllus*
foliolis concavis.
310. BETA. *Sem. 1, reniforme. Cal. 5-phyllus*
basi semen fouens.
308. HERNIARIA. *Sem. 1, ovatum, tectum. Cal. 5-partitus.*
Filam. 5, sterilia.
314. GOMPHRENA. *Caps. 1-sperma, circumscissa. Cal. diphyllus.*
compressus, coloratus.
315. BOSEA. *Bacca 1-sperma. Cal. 5-phyllus.*
316. VLMVS. *Bacca exsucca, compressa. Cal. 1-phyllus,*
emarcescens.
- *Rhamnus Zzyphus.*
 - *Polygonum virginianum.*
 - *Trianthem. pentandra.*
- * *Fl. Pentapetali, superi, dispermi. Umbellatae.*
 A. *Inuolucro vniuersali partialique.*
323. PHYLLIS. *Fl. dispersi.*
324. ERYNGIUM. *Fl. capitati. Recept. paleaceum.*
325. HYDROCOTYLE. *Fl. subumbellati, fertiles.*
Sem. compressa.
326. SANICVLA. *Fl. subumbellati, abortiui.*
Sem. muricata.
327. ASTRANTIA. *Fl. umbellati, abortiui. Inuol. colorata.*
Sem. rugosa.
345. HERACLEUM. *Fl. radiati, abortiui. Inuol. deciduum.*
Sem. membranacea.
352. OENANTHE. *Fl. radiati, abortiui radio. Inuol. simplex.*
Sem. coronata, fessilia.
329. ECHINOPHORA. *Fl. radiati, abortiui. Inuol. simplex.*
Sem. fessilia.

331. CAUCALIS. *Fl.* radiati, abortiui. *Inuol.* simplex.
Sem. muricata.
332. ARTEDIA. *Fl.* radiati, abortiui. *Inuol.* pinnatum.
Sem. margine crenis foliaceis.
333. DAUCVS. *Fl.* radiati, abortiui. *Inuol.* pinnatum.
Sem. hispida.
330. TORDYLIVM. *Fl.* radiati, fertiles. *Inuol.* simplex.
Sem. margine crenata.
344. LASERPITIVM. *Fl.* flosculosi, abortiui. *Pet.* cordata.
Sem. 4-alata.
339. PEUCEDANVM. *Fl.* flosculosi, abortiui. *Inuol.* simplex.
Sem. depressa, striata.
334. AMMI. *Fl.* flosculosi, fertiles. *Inuol.* pinnatum.
Sem. gibba, laeua.
331. HASSELQVISTIA. *Fl.* fosc. fertil. *Pet.* cordata. *Sem.* Radii
plana; Disci vrceolata.
336. CONIVM. *Fl.* fosc. fertil. *Pet.* cordata. *Sem.* gibba,
costato-sulcata. *Inuolucella* dimidiata.
335. BVNIIVM. *Fl.* fosc. fert. *Pet.* cordata. *Inuolucella*
setacea.
338. ATHAMANTA. *Fl.* fosc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* conue-
xa, striata.
328. BVPLEVRVM. *Fl.* fosc. fert. *Pet.* inuoluta. (*Plerisque so-*
lia indiuisa s. inuolucella petalformia.)
348. SIVM. *Fl.* fosc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* suboua-
ta, striata.
337. SELINVM. *Fl.* fosc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* depres-
sa, striata.
351. CVMINVM. *Fl.* fosc. fert. *Pet.* cordata. *Vmb.* 4-fida.
Inuol. setaceis, longissimis.
343. FERVLA. *Fl.* fosc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* plana.
340. CRITHMVM. *Fl.* fosc. fert. *Pet.* planiuscul. *Inv.* horizon-
tale.
350. BVBON. *Fl.* fosc. fert. *Pet.* planiusc. *Inv.* 5-phylum.
342. CACHRYS. *Fl.* fosc. fert. *Pet.* planiusc. *Sem.* cortice
suberoso.
346. LIGVSTICVM. *Fl.* fosc. fert. *Pet.* inuoluta. *Inuol.* mem-
branacea.
347. ANGELICA. *Fl.* fosc. fert. *Pet.* planiusc. *Vmbellulae*
globosae.
349. SISON. *Fl.* fosc. fert. *Pet.* planiusc. *Vmb.* depau-
perata.

B. *Inuolucris partialibus; vniuersali nullo.*

355. ARTHVSA. *Fl.* subradiat. fert. *Inuolucel.* dimidiata.

356. CORIANDRUM. *Fl.* radiat. abortiui. *Fr.* subglobosi
 357. SCANDIX. *Fl.* radiat. abort. *Fr.* oblongi
 358. CHAEROPHYLLUM. *Fl.* flosc. abort. *Invol.* 5 - phylla.
 353. PHELLANDRIVM. *Fl.* flosc. fertiles. *Fr.* coronati.
 359. IMPERATORIA. *Fl.* flosc. fertiles. *Vmb.* expanso-plana.
 360. SESELI. *Fl.* flosc. fertiles. *Vmb.* rigidula.
 354. CICUTA. *Fl.* flosc. fertiles. *Pet.* planiuscula.

* *Bupleurum rotundifolium. Apium Petrosf. et Anisum.*

C. *Involucro nullo; nec vniuersali, nec partialibus.*

363. SMYRNIVM. *Fl.* flosc. abortiui. *Sem.* reniformia, angulata.
 364. CARVM. *Fl.* flosc. abortiui. *Sem.* gibba, striata.
 361. THAPSIA. *Fl.* flosc. fertiles. *Sem.* membranaceo-alata, emarginata.
 362. PASTINACA. *Fl.* flosc. fertiles. *Sem.* depresso-plana.
 364. ANETHVM. *Fl.* flosc. fertiles. *Sem.* marginata, striata.
 368. AEGOPODIVM. *Fl.* flosc. fertiles. *Sem.* gibba, striata.
Pet. cordata.
 367. APIVM. *Fl.* flosc. fertiles. *Sem.* minuta, striata.
Pet. inflexa.
 366. PIMPINELLA. *Fl.* flosc. fertiles. (*Vmbellae ante florescentiam nutantes. Pet.* cordata.

TRIGYNIA.

* *Fl. superi.*

370. VIBURNVM. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 1 - sperma.
 372. SAMBUCVS. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 3 - sperma.
 * *Fl. inferi.*
 369. RHVS. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 1 - sperma.
 371. CASSINE. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 3 - sperma.
 373. SPATHELIA. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 3-locularis, 3-gona, 1-sperma. *Filament.* basi dentata.
 374. STAPHYLEA. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 2-f. 3-fida, inflata.
 375. TAMARIX. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 1-locularis.
Sem. papposa.
 381. DRYFIS. *Cor.* 5-petala, coronata. *Caps.* 1-sperma, circumscissa.
 376. TURNERA. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 1-locularis.
Cal. 1-phyllus corollifer.

383. SARGOLIA. Cor. 5-petala. Caps. 1-locularis, colorata.
Cal. 1-phyllus.
380. ALSINE. Cor. 5-petala, Caps. 1-locularis.
Cal. 5-phyllus. Petal 2-fida.
377. TELEPHIUM. Cor. 5-petala. Caps. 1-locul. triquetra.
Cal. 5-phyllus.
378. CORRIGIOLA. Cor. 5-petala. Sem. 1, triquetrum.
Cal. 5-partitus.
379. PHARNACEUM. Cal. 5-phyllus. Caps. 3-locularis.
Cor. nulla.
382. BASELLA. Cal. 6-fidus. Sem. 1, globosum; calyce
baccato. Cor. 0.

* *Rhamnus Paliurus.*

* *Celastrus.*

TETRAGYNIA.

384. PARAASIA. Cor. 5-petala. Caps. 4-valvis. Nectar. 5;
ciliato-glandulosa.
385. EVOLVULVS. Cor. 1-petala. Caps. 4-locularis.

PENTAGYNIA.

* *Fl. superi.*

386. ARALIA. Cor. 5-petala. Bacca 5-spermae.
* *Fl. inferi.*
392. CRDSSULA. Cor. 5-partita. Caps. 5, polysperma.
389. LINUM. Cor. 5-petala. Caps. 10-locularis, 2-sperma.
390. ALDOVANDA. Cor. 5-petala. Caps. 1-locularis, 10-sperma.
391. DROSERA. Cor. 5-petala. Caps. 1-locul. apice dehiscens.
1265. MAHERNIA. Cor. 5-petala. Caps. 5-locularis.
393. SIBBALDIA. Cor. 5-petala. Sem. 5. Cal. 10-fidus.
388. STATICE. Cor. 5-partita. Sem. 1, calyce infundib. ve-
stitum.

* *Cerastium pentandrum.*

* *Spergula pentandra.*

* *Gerania pentandra.*

POLYGYNIA.

394. MYOSVRVS. Cal. 5-phyllus. Nectar. 5. lingulata.
Sem. numerosa.

* *Ranunculus hederaceus.*

MONO-

179. HELIOTROPIUM. Cor. hypocrateriformis,
 5-fida, interiectis denti-
 bus: fauce clausa forni-
 cibus.

- peruvia- 1. H. foliis lanceolato-ouatis, caule frutescente, spi-
 num. cis numerosis aggregato-corymbosis. Caules bipedales, fruticosi, hirti, inferius longius ramosi. Folia elliptica s. ouato-oblonga, lineata, rugosa, pubescenti-scabra, utrinque viridia, breuius petiolata. Pedunculi versus extremitates, hirti, bifidi s. dichotomi. Spicae secundae, recurvatae. Corollae caeruleascentes, similes H. indico.
- indicum. 2. H. fol. cordato-ouatis acutis scabriusculis, spicis solitariis, fruct. bifidis.
- europaeum. 3. H. fol. ouatis integerrimis tomentosiss rugosis, spicis coniugatis.
- supinum. 4. H. fol. ouatis integerrimis tomentosiss plicatis, spic. solitariis. *Gou. monsp. 17. c. figura.*
- fruticosum. 5. H. fol. lineari-lanceolatis pilosis, spicis solitariis sessilibus.
- curassau- 6. H. fol. lanceolato-linearibus glabris aueniis, spic. cum. coniugatis.
- orientale. 7. H. fol. linearibus glabris aueniis, flor. sparsis lateralibus.
- gnaphalo- 8. H. fol. linearibus obtusis tomentosiss, pedunc. di- des. chotomis, spicar. flor. quaternis, caule frutescente. *Jacq. amer. 25. t. 173. f. 11. Moris. hist. 3. f. 11. t. 28. f. 6.*

180. MYOSOTIS Cor. hypocrateriformis, 5-fida,
 188. emarginata: fauce clausa forni-
 cibus.

- scorpid. 1. M. femin. nudis. foliorum apicibus callosis.
- virginian. 2. M. femin. aculeato-glochidibus, fol. ouato-oblongis ramis diuaticatis.

- Lappula.* 3. M. femin. aculeis glochidibus, fol. lancolaeis pilosis.
apula. 4. M. femin. nudis, fol. hispidis, racemis foliosis.

181. LITHOSPERMUM. Cor. infundib. fauce perforata, nuda. Cal. 5-partitus.

- 189:
officinale. 1. L. sem. laevibus, coroll. vix calycem superantibus, fol. lanceolatis. *Canadense totum hirtum.*
arvense. 2. L. sem. rugosis, cor. vix calycem superantibus.
virginic. 3. L. fol. subcualibus nervosis, cor. acuminatis.
orientale. 7. L. ramis floriferis lateralibus, bracteis cordatis amplexicaulibus. *Anchusa orientalis. Sp. pl. 191. Caulis sterilis erectus, pilis varioribus. Folia lanceolata, basi angustiora, integerrima, obtusa, utrinque pilis raris. Rami floriferi ex alis foliorum inferiorum: Bracteis cordatis, minoribus, piloso raris. Flores subpedunculati, lutei, infundibuliformes abique fornicibus, fauce parva. Stamina tubo breviora Antheris nigris.*
purpureo. 4. L. sem. laevibus, cor. calycem multoties superantibus.
fruticos. 5. L. fruticosum, fol. linearibus hispidis, staminib. corollam aequantibus.
dysper- 6. L. seminibus duobus, calycibus patentibus. *Semina*
mum. *tantum duo sunt, nec tamen bilocularia.*

182. ANCHUSA. Cor. infundibulif. fauce clausa fornicibus. Sem. basi insculpta.

191.
officinal. 1. A. fol. lanceolatis, spic. imbricatis secundis.
angustifol. 2. A. racem. subnudis conjugatis.
undulata. 3. A. strigosa, fol. linearibus dentatis, pedicellis bracteis minoribus, calyc. fructiferis inflatis.
tinctoria. 7. A. tomentosa, fol. lanceolatis obtusis, stamin. corolla brevioribus.
virginic. 5. A. floribus sparsis, caule glabro.
lanata. 6. A. fol. villosis, calycibus hirsutis, staminib. corolla longioribus. (*excluso Synonymo.*)

- semperui-rens.* 8. A. pedunculis diphyllis capitatis. *Caules ad latera capitis radice, erecti, hispidi. Folia ovata, lineata, albo maculata, petiolata, remota. Pedunculi axillares Bracteis 2 oppositis, sessilibus, lanceolato-ovatis, multiflori. Corollae caeruleae tubo breui, uti Omphalodis.*

183. CYNOGLOSSVM. *Cor. infundibuliform. fauce clausa fornicibus. Semina depressa, interiore tantum latere stylo affixa.*

192.

- officinale.* 1. C. stamin. corolla brevioribus, fol. 1 to-lanceolatis tomentosis sessilibus.
virginicum. 2. C. fol. amplexicaulibus ovatis. *Cerinthe minor perennis virginiana, flore luteo. Moris. hist. 3. p. 446. f. 11. t. 29. f. 7. potius.*
cheirifolium. 3. C. coroll. calyce duplo longioribus, fol. lanceolatis.
apenninum. 4. C. stamin. corollam aequantibus.
lusitanicum. 6. C. fol. lineari-lanceolatis, scabris.
linifolium. 5. C. fol. lineari-lanceolatis, glabris.
Omphalodes. 8. C. repens, fol. radicalibus cordatis.

184. PVLMONARIA. *Cor. infundibuliform. fauce peruia. Cal. prismatico-5-gonus.*

194.

- * *Perianthium longitudine tubi corollae.*
angustifolium. 1. P. fol. radicalibus lanceolatis. *Hall. emend. 168.*
officinale. 2. P. fol. radicalibus ovato-cordatis scabris. *Symphytum maculosum s. Pulmonaria latifolia. Bauh. pin. 259.*
suffruticosum. 3. P. fol. linearibus scabris, cal. subulatis quinquepartitis. *Sp. pl. 1667.*
 * * *Calyces tubo corollae dimidio breviores.*
virginicum. 3. P. calyc. abbreviatis, fol. lanceolatis obtusiusculis.
sibiricum. 4. P. calyc. abbreviatis, fol. radicalibus cordatis.
maritimum. 5. P. calyc. abbreviatis, fol. ovatis, caule ramoso procumbente.

185. SYM-

185. SYMPHYTUM. *Corollae* limbus tubulato-ventricosus: fauce clausa radiis subulatis.

195.

officinale. 1. S. fol. ovato-lanceolatis decurrentibus.
tuberosum. 2. S. semidecurrentibus: fol. summis oppositis.
orientale. 3. S. fol. ovatis suppetiolatis.

186. CERINTHE. *Corollae* limbus tubulato-ventricosus: fauce peruia. *Semina* 2, bilocularia.

195.

maior. 1. C. fol. amplexicaulibus, corollis obtusiusculis patulis.
minor. 2. C. fol. amplexicaulibus integris, corollis acutis clausis.

187. ONOSMA. *Corolla* campanulata: fauce peruia. *Semina* 4.

196.

simpliciss. 1. O. fol. confertis lanceolato-linearibus pilosis.
orientalis. 2. O. fol. lanceolatis hispidis, fructibus pendulis.
echioides. 3. O. fol. lanceolatis hispidis, fructibus erectis.

188. BORRAGO. *Corolla* rotata: fauce radiis clausa.

197.

officinalis. 1. B. fol. omnibus alternis, calyc. patentibus. *Pedunculi* terminales, multiflori.
indica. 2. B. fol. ramificationum oppositis amplexicaulibus, pedunc. unifloris.
africana. 3. B. fol. oppositis petiolatis ovatis, pedunc. multifloris. *Planta* hispida, stimulis adspersa. *Folia* ovata, opposita, petiolata, et floralia alterna. *Pedunculi* e summis alis & ramulis, pilosi, multiflori. *Flores* parvi, cernui, caerulei, medio flauo, punctis purpureis.
oriental. 4. B. calyc. tubo corollae brevioribus, fol. cordatis. *Pedunculi* axillares multiflori.

189. ASPERVGO. *Cal.* fructus compressus: lamellis plano-parallelis, sinuatis.

198.

procumb. 1. A. calyc. fructus compressis.

aegyptiaca. 2. A. calyc. fructus ventricosus.

190: LYCOPSIS. *Corolla* tubo incuruato.

198.

vesicaria. 1. L. fol. integerrimis, caule prostrato, cal. fructescentibus inflatis pendulis.

pulla. 2. L. fol. integerrimis, caule erecto, cal. fructescentibus inflatis pendulis.

variegata. 3. L. fol. repandis dentatis callosis, caule decumbente coroll. cernuis.

aruensis. 4. L. fol. lanceolatis hispidis, calyc. florescentibus erectis.

oriental. 5. L. fol. ovatis integerrimis scabris, calyc. erectis.

virginic. 6. L. fol. lineari-lanceolatis confertis tomentosis mollibus, caule erecto.

191. ECHIVM. *Cor.* irregularis, fauce nuda.

199.

fruticosum. 1. E. caule fruticoso, ramis foliisque pilosis. Buglossum africanum, echii folio, flore purpureo. *Pluk. mant. 33. t. 341. f. 7. Stamina corolla non longiora.*

capitatum. 8. E. caule piloso, flor. capitato-corymbosis aequalibus, stamin. corolla longioribus, fol. hispidis. *Mant. 42. **

laevigatum. 2. E. caule laevi, fol. lanceolatis nudis margine apiceque scabris aequalibus. (*excluso synonymo P. veneti.*)

italicum. 3. E. caule erecto piloso, spicis hirsutis, corollis subaequalibus: staminib. longissimis. *Hudl. angl. 70.*

vulgare. 4. E. caule tuberculato-hispido, fol. caulinis lanceolatis hispidis, flor. spicatis lateralibus.

violaceum. 9. E. corol. stamina aequantibus, tubo calyce breviorre. *Mant. 42. **

ereticum. 5. E. caule procumbente, calyc. fructescentibus distantibus.

orientale. 6. E. caule ramoso, fol. caulinis ovatis, flor. solitariis lateralibus.

lusitanic. 7. E. corollis stamine longioribus.

1245. MESSERSMIDIA. *Cor.* infundibulif. fauce
nuda. *Bacca* suberosa,
bipartibilis : singulo
dispermo.

Arguzia. MESSERSMIDIA. *Mant.* 42. * *Tournefortia* fibirica. *Sp.*
pl. 202. *Act. petrop.* 1763. t. 315. t. II. 4.

192. TOVRNEFORTIA. *Bacca* 2-ocularis, di-
sperma, supera, apice
duobus poris perfo-
rata.

201.

ferrata. 1. T. fol. ovatis ferratis, petiol. spinescentibus, spic.
terminalibus recurvis

*hirsutissi-
ma.* 2. T. fol. ovatis petiolatis, caule hirsuto, spic. ramo-
sissimis terminalibus.

volubilis. 3. T. fol. ovatis acuminatis glabris, petiol. reflexis,
caule volubili.

*foetidissi-
ma.* 4. T. fol. ovato-lanceolatis hirtis, pedunc. ramosis,
spicis pendulis.

humilis. 6. T. fol. lanceolatis sessilibus, spic. simplicibus recur-
vis lateralibus.

cymosa. 5. T. fol. ovatis integerrimis nudis, spic. cymosis.

*suffruti-
cosa.* 8. T. fol. sublanceolatis incanis, caul. suffruticoso.

193. NOLANA. *Cor.* campanulata. *Stylus* inter
germina. *Sem.* 5. baccata, bi-
locularia.

202.

prostrata. 1. NOLANA. *Lin. dec.* I. t. 2. *Atropa* foliis gemina-
tis, calycibus polycarpis, caule humifuso. *Go-
uan. hort.* 82. t. *Walkeria* *Fhret. act. angl.* 1764.
n. 53. p. 130. t. 10. *Zwingera.* *Act. helv.* 5. p. 267.
t. 1, *Neudorffia* peruuiana repens, flore caeruleo. *Plant. fam.* 219.

194. DIAPENSIA. *Cor.* hypocraterif. *Cal.* 5-phyllus, imbricatus foliolis tribus. *Stamina* tubo corollae imposita. *Caps.* 3-ocularis.

202.

Lapponic. 1. *D.* florib. pedunculatis.

helvetica. 2. *D.* floribus subsessilibus. *Jacq. vind.* 303. * *Semina* quinque, cuneiformi globosa. *Capsula* 5-valuis.

195. ARETIA. *Cor.* hypocraterif. 5-fida: tubo ovato. *Stigma* depresso-capitatum. *Caps.* 1-ocularis, globosa.

203.

alpina. 1. *A.* scapis unifloris. *Flores* caerulei segmentis emarginatis. *Capsula* 5 valuis.

196. ANDROSACE. *Involucrum.* umbellulae. *Corollae* tubus ovatus: ore glanduloso. *Caps.* 1-ocularis, globosa.

203.

maxima. 1. *A.* perianthiis fructuum maximis.

elongata. 6. *A.* fol. subdentatis, pedicellis longissimis, corollis calyce brevioribus.

septentrionalis. 2. *A.* fol. lanceolatis dentatis glabris, perianth. angulatis corolla brevioribus.

villosa. 3. *A.* fol. pilosis, perianth. hirsutis,

lactea. 4. *A.* fol. lanceolatis glabris, umbella involucris multoties longiore.

carnea. 5. *A.* fol. subulatis glabris; umbella involucra aequante.

197. PRIMVLA. *Involucr.* umbellulae. *Corollae* tubus cylindricus ore patulo.

204.

veris. 1. *P.* fol. dentatis rugosis.

farinosa. 2. *P.* fol. crenatis glabris, florum limbo plano.

Auricul. 3. *P.* fol. ferratis glabris.

- minima.* 5. P. fol. cuneiformibus dentatis nitidis hirsutis, scapis subunifloris. Primula foliis cuneiformibus nitidis, scapis unifloris: *Jacq. vind. 208. spec. t. 14.* Primula foliis petiolatis hirsutis ovatis ferratis, scapo paucifloro. *Hall. emend. 40. Involucrum diphyllum. Calyx tubo brevior, unicus, sessilis. Corolla lutea, intus hirsuta.*
- Vitaliana.* 6. P. fol. linearibus integerrimis, flor. sessilibus. Caulis procumbentes. Folia hirsuta. Flos, 1. s. 2. pedunculo proprio, brevis. ex apice caulis.
- integrifolia.* 4. P. fol. integerrimis glabris oblongis, calyc. tubulosis obtusis. *Jacq. vid. 209. spec. t. 15, Corollae laciniæ semibifidae tubo simplici absque collo coarctato.*

198. **CORTVSA.** Corolla rotata: fauce annulo elevato. Caps. 1-locularis, ovalis, apice 5-valvi.

Matthiol. 1. C. calycibus corolla brevioribus. *All. act. helv. 4. p. 271.*

Gmelini. 2. C. calycibus corollam excedentibus. Folia reniformi-cordata, crenis lobata lobis rotundatis, pilis adspersa, longius petiolata. Scapi nudi, foliis altiores. Umbella subtriflora involucri foliolis ovatis. Corollae albae.

199. **SOLDANELLA.** Corolla campanulata, lacero-multifida. Caps. 1-locularis, apice multidentata.

alpina. 1. SOLDANELLA.

200. **DODECHATEON.** Cor. rotata, reflexa. Stam. tubo infidentia. Caps. 1-locularis oblonga.

Meadia. 1. DODECATEON.

201. **CYCLAMEN.** Cor. rotata, reflexa, tubo brevissimo: fauce prominente. Bacca tecta capsula.

europaeum. 1. C. Corolla retroflexa.

indicum. 2. C. corolla limbo nutante.

202. **MENYANTHES.** *Corolla* hirsuta. *Stigma*
207. 2-fidum. *Caps.* 1-locu-
laris.

Nymph. 1. *M.* fol. cordatis integerrimis, coroll. ciliatis.
Indica. 2. *M.* fol. cordatis subcrenatis, petiolis floriteris, co-
roll. interne pillofis. *Kumph. umb.* 6. t. 72.
trifoliat. 3. *M.* foliis ternatis.

203. **HOTTONIA.** *Corolla* hypocrateriformis. *Sta-*
208. *mina* tubo corollae imposita.
Caps. 1-ocularis.

palustris. 1. *H.* pedunculis verticillato-multifloris.
indica. 2. *H?* pedunculis axillaribus unifloris.

204. **HYDROPHYLLVM.** *Cor.* campanulata, in-
208. terne stibus 5, melli-
feris longitudinali-
bus *Stigm.* 2-fidum.
Caps. globosa, 2-val-
uis.

virgini- 1. *H.* foliis pinnatifidis. *Dentariae* affinis, *Echii* flore,
cum. capsula anagallidis. *Dod. mem.* 77. t. 77.
canadens. 2. *H.* foliis lobato-angulatis.

205. **LYSIMACHIA.** *Cor.* rotata. *Caps.* globosa,
209. mucronata 10-valuis.

* *Pedunculis multifloris.*

vulgaris. 1. *L.* paniculata, racem. terminalibus.
Epheme- 2. *L.* racem. simplicibus terminalibus, petalis obtusis,
rum. staminibus corolla brevioribus.
atropur- 3. *L.* spicis terminalibus, petalis lanceolatis, stamin.
purea. corolla longioribus.
thy. lister. 4. *L.* racemis lateralibus pedunculatis.

** *Pedunculis unifloris.*

quadrifo- 5. *L.* fol. quaternis subsessilibus, pedunc. quaternis
lia. unifloris.

- punctata.* 6. L. fol. subquaternis, pedunc. verticillatis unifloris.
ciliata. 7. L. petiol. ciliatis, flor. cernuis. *Pedunculus sub flore turbinatus. Petala serrata mucronata.*
Linum-stellat. 8. L. caepe. corollam superantibus, caule erecto ramosissimo. *Corolla Centunculi 5-fida. Fructus 5-valvis.*
nemorum. 9. L. fol. ovatis acutis, floribus solitariis, caule procumbente. *Oed. dan. t. 174.*
Nummul. 10. L. fol. subcordatis, flor. solitariis, caule repente.
tenella. 11. L. fol. ovatis acutiusculis, pedunc. folio longioribus, caule repente.

206. ANAGALLIS. *Cor.* rotata. *Caps.* circumscissa.
 211.

- arvensis.* 1. A. fol. indivisis, caule procumbente.
monelli. 2. A. fol. indivisis, caule erecto.
latifolia. 3. A. fol. cordatis amplexicaulibus, caule compresso.
linifolia. 4. A. fol. linearibus, caule erecto.

207. THEOPHRASTA. *Cor.* campanul. laciniis et diuisuris obtusis. *Caps.* 1-locularis, globosa, maxima, polysperma.
 212.

americana. 1. THEOPHRASTA.

208. SPIGELIA. *Cor.* infundibulif. *Caps.* didyma, 2-locularis, polysperma.
 213.

Anthelm. 1. SPIGELIA.

209. OPHIORRHIZA. *Cor.* infundibulif. *Germen* 2-fidum. *Stigmata* 2. *Fructus.* 2-lobus.
 213.

- Mungos.* 1. O. foliis lanceolato-ovatis.
Mitreola. 2. O. foliis ovatis.

1248. LISIANTHUS. *Cor.* tubo ventricoso laciniis recurvatis. *Cal.* carinatus. *Stigm.* 2-lobum. *Caps.* 2-ocularis, oblonga.

longifolius. 1. L. fol. lanceolatis. *Mant.* 43.

cordifolius. 2. L. fol. cordatis. *Mant.* 43.

210. RANDIA. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* hypocraterif. *Bacca* 1-ocularis cortice capsulari.

213.

mitis. 1. R. subinermis.

aculeata. 2. R. Ramis bispinosis.

211. AZALEA. *Cor.* campanulata. *Stamina* receptaculo inserta. *Caps.* 5-ocularis.

214.

pontica. 2. A. fol. nitidis lanceolatis utrinque glabris, racemis terminalibus. *Sp. pl.* 1669.

indica. 1. A. flor. subsolitariis, calyc. pilosis.

nudiflora. 2. A. fol. ovatis, corollis pilosis, staminibus longissimis.

viscosa. 4. A. fol. margine scabris, corollis piloso-glutinosi.

lapponic. 5. A. foliis adspersis punctis excavatis.

procumb. 6. A. ramis diffuso procumbentibus.

212. PLUMBAGO. *Cor.* infundibulif. *Stamina* squamis basin corollae claudentibus inserta. *Stigma* 5-fidum. *Sem.* 1, oblongum, tunicatum.

215.

europaea. 1. P. foliis amplexicaulibus lanceolatis scabris.

zeylanic. 2. P. foliis petiolatis ovatis glabris, caul. filiformibus.

rosea. 3. P. fol. petiolatis ovatis glabris, caule geniculis gibbosis.

scandens. 4. P. fol. petiolatis ovatis glabris, caul. flexuoso-scandente.

1246. NIGRINA. *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* inflatus. *Stigma* obtusum. *Caps?* bilocularis.

viscosa. 1. NIGRINA. *Mant.* 42. *

213. PHLOX. *Cor.* hypocraterif. *Filamenta.* inaequalia. *Stigma* 3-fidum. *Cal.* prismaticus. *Caps.* 3-locularis, 1-sperma.

216.

- paniculata.* 1. P. fol. lanceolatis margine scabris, corymbis paniculatis.
maculata. 2. P. fol. lanceolatis laevibus, racemo opposite corymbofo.
pilosa. 3. P. fol. lanceolatis villosis, caule erecto, corymbo terminali.
carolina. 4. P. fol. lanceolatis laevibus, caul. scabro, corymb. subfastigatis.
glaberrima. 5. P. fol. lineari-lanceolatis glabris, caule erecto, corymbo terminali.
diuvaricat. 6. P. fol. lato-lanceolatis: superioribus alternis, caule bifido, pedunculis geminis.
ouata. 7. P. fol. ovatis, flor. solitariis.
jubulata. 8. P. fol. subulatis hirsutis, flor. oppositis.
sibirica. 9. P. fol. linearibus villosis, pedunc. ternis.
setacea. 10. P. fol. fetaceis glabris, flor. solitariis.

214. CONVOLVULVS. *Cor.* campanulata, plicata. *Stigm.* 2. *Caps.* 2-locularis: loculis dispermis,

218.

• *Caule volubili.*

- aruensis.* 1. C. fol. sagittatis vtrinq.ue acutis, pedunc. subunifloris.
sepium. 2. C. fol. sagittatis postice truncatis, pedunc. tetragonis unifloris.
Scammonia. 3. C. fol. sagittatis postice truncatis, pedunc. teretibus subtrifloris.
Medium. 4. C. fol. linearibus hastato-acuminatis: auriculis dentatis, pedunc. subunifloris, calyc. sagittatis, caule volubili.
panduratus. 5. C. fol. cordatis integris panduriformibus, calyc. laevibus.
carolinus. 6. C. fol. cordatis integris trilobisque villosis, calyc. laevibus, caps. hirsutis, pedunc. subbifloris.

- hederac.* 7. C. fol. cordatis integris trilobisque, coroll. indiuisis, fructibus erectis:
- Nil.* 8. C. fol. cordatis trilobis, coroll. femiquinquefidis, pedunculis petiolo breuioribus.
- purpureus.* 9. C. fol. cordatis indiuisis, fructibus cernuis, pedicellis incrassatis.
- Batatas.* 11. C. fol. cordatis hastatis quinqueneruiis, caule repente tuberifero hispido. *An huius plures species distinctae?*
- bifloru.* 43. C. fol. cordatis pubescentibus, pedunc. geminis, corollis lobis trifidis. *Sp. pl.* 1668.
- verticillatus.* 12. C. fol. cordatis oblongis nudis, pedunc. umbellatis bifidis multifloris.
- umbellat.* 13. C. fol. cordatis, caule volubili, pedunc. umbellatis.
- malabar.* 14. C. fol. cordatis glabris, caule perenni villoso.
- canariensis.* 15. C. fol. cordatis pubescentibus, caule perenni villoso, pedunc. multifloris.
- muricat.* 47. C. fol. cordatis, pedunc. incrassatis calycibusque laeuius, caule muricato. *Mant.* 44.
- anceps.* 44. C. fol. cordatis, caule volubili utrinque carinato. *Mant.* 43.
- Turpe-
thum.* 17. C. fol. cordatis angulatis, caule membranaceo quadrangulari, pedunc. multifloris.
- peltatus.* 16. C. fol. peltatis, pedunc. multiflor. *Rumph. amb.* 5. 157.
- Ialapa.* 45. C. fol. difformibus; cordatis angulatis oblongis lanceolatisque, caul. volubili, pedunculis unifloris. *Mant.* 43.
- sericeus.* 46. C. fol. lanceolato-ellipticis, subtus tomentoso-sericeis, pedunc. subumbellatis, calyc. pillosis, caule volubili. *Mant.* 43.
- tomentosus.* 18. C. fol. trilobis tomentosus, caule lanuginoso.
- althaeoides.* 19. C. fol. cordatis sinuatis sericeis: lobis repandis, pedunc. bifloris, *spontanea pedunculis unifloris est.*
- cairicus.* 21. C. fol. palmato-pinnatifidis integerrimis, pedunc. paniculatis.
- macrocarpos.* 20. C. fol. palmato-pedatis quinquepartitis, pedunc. unifloris.
- paniculatus.* 23. C. fol. palmatis: lobis septem ouatis acutis integerrimis, pedunc. paniculatis.

- macrorrhizos.* 22. C. fol. digitatis septenis integerrimis : caul. glabro, pedunc. trifloris.
- quinquefolius.* 25. C. fol. digitatis glabris dentatis, pedunc. laeuibus.
- pentaphyllus.* 24. C. fol. digitatis quinis pilosis integerrimis, caule piloso.

* * *Caule prostrato, s. non volubili.*

- sculus.* 26. C. fol. cordato-ouatis, pedunc. vnifloris : bracteis lanceolatis, flor. sessilibus.
- lineatus.* 29. C. fol. lanceolatis sericeis lineatis petiolatis, pedunc. bifloris, calycibus sericeis subsiliaceis. *All. iaur. 55.*
- Cneorum.* 30. C. fol. lanceolatis tomentosis, flor. umbellatis, calyc. hirsutis, caule erecto. *Caulis terminatur Umbella tetraphylla, 5-radiata : Pedunculo centrali vnifloro; aphylo; lateralibus 4-f. 5-floris. Bracteeae 2 sub bifurcatura, et sub altero flore. Calyces obtusi: h. suti uti bracteeae.*
- Cantabrica.* 31. C. fol. linearilanceolatis acutis, caule ramofo erectiusculo, calyc. pilosis, pedunc. subbifloris. & *Conuoluulus terrestris. Sp. pl. 224.*
- Dorycnium.* 28. C. fol. sublinearibus sericeis, caule fruticuloso paniculato, calyc. nudiusculis obtusis.
- corymbos.* 33. C. fol. cordatis, pedunc. umbellatis, caule repente.
- spithameus.* 32. C. fol. cordatis pubescentibus, caule recto, pedunculis vnifloris.
- persicus.* 34. C. fol. ovalibus tomentosis, pedunc. vnifloris. *Tota planta Verbasci instar tomentosa. Flos albus, Lerche.*
- tricolor.* 35. C. fol. lanceolato-ouatis glabris, caule declinato, floribus solitariis.
- repens.* 36. C. fol. sagittatis postice obtusis, caule repente, pedunculis vnifloris.
- reptans.* 37. C. fol. hastato-lanceolatis : auriculis rotundatis, caule repente, pedunc. vnifloris.
- hirtus.* 38. C. fol. cordatis subhastatisque villosis, caule petiolisque pilosis, pedunc. multiflor.
- Soldanella.* 39. C. fol. reniformibus, pedunc. vnifloris.
- Pes caprae.* 40. C. fol. bilobis, pedunc. vnifloris.

- brasiliens.* 41. C. fol. emarginatis basi biglandulosis, pedunc. trifloris.
littoralis. 42. C. fol. oblongis lobato-palmatis, pedunc. vnifloris, caule repente. *Plum. ic. 90. f. 2.*

215. IFOMOEIA. Cor. infundibulif. Stigma. capitato-globosum. Caps. 3-ocularis.
 227.

* *Floribus distinctis.*

- Quamoclit.* 1. I. fol. pinnatifidis linearibus, flor. subsolitariis.
umbellat. 2. I. fol. digitatis septenis, pedunc. umbellatis brevissimis.
carolina. 3. I. fol. digitatis: foliolis petiolatis, pedunc. vnifloris.
coccinea. 6. I. fol. cordatis acuminatis basi angulatis, pedunc. multifloris.
lacunosa. 7. I. fol. cordatis acuminatis scrobiculatis basi angulatis, pedunc. subvnifloris flore brevioribus.
solanifol. 11. I. fol. cordatis acutis integerrimis, flor. solitariis.
tuberosa. 4. I. fol. palmatis: lobis septenis lanceolatis acutis integerrimis, pedunc. trifloris. *Lacq. ob. 39.* *Ifomoea heptadactyla maior scandens, flore maiori campanulato, calyce membranaceo, seminibus villosis. Brown. iam. 155. Flores sulphurei.*
digitata. 5. I. fol. palmatis: lobis septenis lanceolatis obtusis, pedunc. trifloris.
bona nox. 9. I. fol. cordatis acutis integerrimis, caul. aculeato, flor. ternis, coroll. indivisis.
campanulata. 8. I. fol. cordatis, pedunc. multifloris, perianthio exteriori orbiculari, coroll. campanulatis lobatis.
violacea. 10. I. fol. cordatis integerrimis, flor. confertis, corollis indivisis.
carnea. 18. I. fol. cordatis glabris, pedunc. multifloris, coroll. marginatis. *Sp. pl. 1668.*
repanda. 19. I. fol. cordatis oblongis repandis, pedunc. ramosis cymosis. *Sp. pl. 1668.*
glaucifol. 12. I. fol. sagittatis postice truncatis, pedunc. bifloris,
triloba. 13. I. fol. trilobis cordatis, pedunc. trifloris.
hederifol. 14. I. fol. trilobis cordatis, pedunc. multifloris racemosis.

* * *Floribus aggregatis.*

- hepaticif.* 15. I. fol. trilobis, flor. aggregatis.

ramnifol. 16. I. fol. cordatis acuminatis pilosis; flor. aggregatis.
Pes tigris. 17. I. fol. palmatis, flor. aggregatis.

216. POLEMONIVM. Cor. 5-partita. *Stamina*
 230. squamis basin corollae
 cludentibus inserta. *Sti-*
gma. 3-fidum. *Caps.* 3-lo-
 cularis, supera.

- caeruleum.* 1. P. fol. pinnatis, flor. erectis, calyc. tubo corollae
 longioribus
reptans. 2. P. fol. pinnatis septenis, flor. terminalibus nutanti-
 bus. *Differt a praecedenti Radice repente; Folio-*
lis 7, nec 17; Panicula laxa, subnutante, nec stricta.
rubrum. 3. P. fol. pinnatifidis linearibus, flor. racemosis pen-
 dulis.
dubium. 4. P. fol. inferioribus hastatis, superioribus lanceola-
 tis. †

217. CAMPANVLA. Cor. campanulata fundo
 231. clauso valvis staminife-
 ris. *Stigma* 3-fidum. *Caps.*
 infera, poris lateralibus
 dehiscens.

* *Foliis laevioribus angustioribus.*

- cenifia.* 41. C. caul. unifloris, fol. ovatis glabris integerrimis
 subciliatis. *Sp. pl.* 1669. *Hall. emend.* 161.
uniflora. 1. C. caule unifloro, calyce corollam aequante. *Cau-*
lis solitarius erectus.
pulla. 1. C. cauliculis unifloris, fol. caulinis ovatis crena-
 tis, calyc. cernuis. *Jacq. obs.* 30. t. 18.
rotundif. 3. C. fol. radicalibus reniformibus, caulinis linearibus.
patula. 4. C. fol. strictis: radicalibus lanceolato-ovalibus,
 panicula patula.
Rapunculus. 5. C. fol. undulatis: radicalibus lanceolato ovalibus,
 panicula coarctata.
persicifol. 6. C. fol. radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-li-
 nearibus subserratis sessilibus remotis.
pyramida- 7. C. fol. laevibus serratis cordatis: caulinis lanceo-
lis. latis: caulib. iunceis simplicibus, umbellis ses-
 silibus lateralibus.

- americana.* 8. C. fol. cordatis lanceolatisque, petiolis ciliatis, flor. secundis, coroll. quinquepartitis planis.
lilifolia. 9. C. fol. lanceolatis: caulinis acute serratis, flor. paniculatis nutantibus.
rhomboid. 10. C. fol. rhomboidibus serratis, spica secunda, calycib. dentatis. *β.* Campanula alpini. *Sp. pl.* 1669.

** *foliis scabris latioribus.*

- latifolia.* 11. C. fol. ovato lanceolatis, caule simplicissimo tereti, flor. solitariis pedunculatis, fruct. cernuis.
rapuncu- 12. C. fol. cordato-lanceolatis, caule ramofo, flor. secundis, sparsis, calyc. reflexis.
lides.
toronien- 13. C. fol. ovato-lanceolatis subtus scabris sessilibus; caule paniculato. †
sis.
graminis. 14. C. fol. lineari-subulatis, capitulo terminali. *Similis Phyteumae hemisphaericae, sed gracilior. Radix multis caespitibus. Folia angustissima, graminea, basi ciliata; caulini subamplexicaulia, moxque subulata. Caule simplicissimi, vix foliis longiores. Flores fasciculati in capitulum, Bracteis ovatis apice subularis. Stigma bifidum.*
alpina. 15. C. caule simplici, pedunc. unifloris axillaribus diphyllis. *Sp. pl.* 1669. *Bractae duae.*
spicata. 16. C. hispida, spica laxa; flor. alternis, fol. linearibus integerrimis.
Treche- 17. C. caule angulato, fol. petiolatis, calyc. ciliatis, pedunc. trifidis.
lium.
glomerat. 18. C. caule angulato simplici, flor. sessilibus, capitulo terminali.
Cervicar. 19. C. hispida, flor. sessilibus, capitulo terminali, fol. lanceolato-linearibus undulatis.
thyrsoid- 20. C. hispida racemo ovato-oblongo terminali, caule simplicissimo, fol. lanceolato-linearibus. *Jacq. vind. 211. obs. 34. t. 21.*
dea.
petraea. 21. C. caul. angulato simplici, flor. sessilibus capitato-glomeratis, fol. subtus tomentosis. *Pluk. phyt. 152. f. 1.*

*** *Capulis obteclis calycis sinibus reflexis.*

- dichotom.* 24. C. caps. quinquelocularibus obteclis, caule dichotomo, flor. cernuis.

- Mediwn.* 21. C. caps. quinquelocularibus obtectis, caul. indiviso, erecto folioso, flor. erectis.
- barbata.* 22. C. caps. quinquelocularibus obtectis, caule simplicissimo unifolio, fol. lanceolatis, corollis barbatis.
- mollis.* 25. C. caps. quinquelocularibus obtectis pedunculatis, caul. prostrato, fol. suborbiculatis. Campanula hirsuta, ocymi folio caulem ambiente, flore pendulo. *Bocc. sic.* 83. Viola mariana minor caerulea, folio subrotundo, calyce corniculato. *Barr. ic.* 759.
- saxatilis.* 26. C. caps. quinquecarinatis obtectis, flor. alternis nutantibus, fol. obovatis crenatis.
- sibirica.* 23. C. caps. trilocularibus obtectis, caule paniculato.
- tridentata.* 42. C. caps. quinqueloculari obtecta, caule vthifloro, fol. radicalibus tridentatis. *Mant.* 44. *
- laciniata.* 27. C. caps. obtectis pedunculatis, fol. ferratis: radicalibus lyratis; caulinis lanceolatis.
- stricta.* 28. C. caps. obtectis, fol. hirtis: caulinis lanceolatis ferratis, caul. simplicissimo, flor. sessilibus.
- canariensis.* 29. C. caps. quinquelocularibus, fol. oppositis hastatis dentatis petiolatis.

Radix tuberoso-fusiformis. Caulis solitarius, erectus, teres, laevis, tripedalis articulis inersis. Rami terni: superioribus longioribus, apice dichotomis. Folia petiolata, hastata, denticulata, laevia, venosa: Caulina terna; Ramea opposita. Flores e dichotomia ramorum superiorum, solitarii, pedunculati, cernui. Calyx germine hexagono, coronato foliolis lanceolatis, recurvatis, laevibus. Corolla campanulata, foliis maior, rufa *Fritillariae imperialis*. Nectarium valvulis distantibus. Filamenta patentia. Antherae apice pendulae. Stylus clavatus, staminibus longior. Stigma fissum; plerumque numerus Senarius in germine, calyce, corolla, staminibus, nectario, Stigmate; rarius quinquarius obtinet.

- fruticosa.* 30. C. caps. columnaribus quinquelocularibus, caule fruticoso, fol. lineari-subulatis, pedunc. longissimis.
- Speculum.* 31. C. caule ramosissimo diffuso, fol. oblongis subcrenatis, flor. solitariis, caps. prismaticis.

- hybrida.* 32. C. caule basi subramoso stricto, fol. oblongis crenatis, calyc. aggregatis corolla longioribus, caps. prismaticis.
- Pentagonia.* 34. C. caule subdiviso ramosissimo, fol. linearibus acuminatis.
- perfoliata.* 35. C. caule simplici, fol. cordatis dentatis amplexicaulibus, flor. sessilibus aggregatis.
- capensis.* 36. C. fol. lanceolatis dentatis hispidis, pedunc. longissimis, caps. strigosis.
- Elatines.* 37. C. fol. cordatis dentatis pubescentibus petiolatis, caul. prostratis, pedunc. capillaribus multifloris.
- hederacea.* 38. C. fol. cordatis quinquelobis petiolatis glabris, caule laxo.
- erinoides.* 43. C. caul. diffusis, fol. lanceolatis subserratis decurrentibus linea scabra. flor. pedunculatis solitariis.
- Mant.* 44. *
- heterophylla.* 39. C. fol. subovatis glabris integerrimis, caulibus diffusis.
- Erinus.* 40. C. caul. dichotomo, fol. sessilibus: superioribus oppositis tridentatis. *Ramificatio opposita. Corolla regularis, calyce minor. Stigma trifidum; omnia campanulae.*

218. ROELIA. Cor. infundibulif. fundo clauso staminiferis valvulis. *Stigma 2-fidum. Caps. 2-locularis. cylindrica, infera.*

- ciliata.* 1. R. fol. ciliatis: mucrone recto.
- reticulata.* 2. R. fol. ciliatis: mucrone reflexo. *Folia Gorteriae ciliaris.*

219. PHYTEVMA. Cor. rotata laciniis linearibus, 5-partita. *Stig. 3-fidum. Caps. 2-f. 3-locularis, infera.*

- pauciflor.* 1. P. capitulo subfolioso, fol. omnibus lanceolatis. *Caps. 2. f. 3-locularis.*
- hemisphaerica.* 2. P. capit. subrotundo, fol. linearibus integerrimis.

orbicular. 3. P. capit. subrotundo, fol. ferratis: radicalibus cordatis. 4.

spicata. 4. P. spica oblonga, caps. bilocularibus, fol. radicalibus cordatis.

comosa. 5. P. fasciculo terminali sessili, fol. dentatis; radicalibus cordatis. *Barr. ic.* 889.

pinnata. 6. P. flor. sparsis, fol. pinnatis.

220. TRACHELIVM. Cor. infundibuliform. Stigma globosum. Caps. trilobularis, infera.

caeruleum. I. TRACHELIVM.

221. SAMOLVS. Cor. hypocrateriformis. Stamina munita squamulis corollae. Caps. I-locularis, infera.

valerandi. I. SAMOLVS.

222. NAVCLEA. Cor. infundibuliformis. Sem. I, inferum, biloculare. Receptac. commune globosum.

orientalis. I. NAVCLEA.

223. RONDELETLA. Cor. infundibuliformis. Capsula 2-locularis, infera, polysperma, subrotunda, coronata.

americ. 1. R. fol. sessilibus, panicula dichotoma.

asiatica. 1. R. fol. petiolatis oblongis acutis.

obovata. 4. R. fol. petiolatis subovatis obtusis. *Sp. pl.* 1671.

trifoliata. 3. R. fol. ternis. *Sp. pl.* 1671.

224. MACROCNEMVN. Cor. campanulata. Caps. infera, 2-locularis. Sem. imbricata.

jamaicense. I. MACROCNEMVN.

225. **BELLONIA.** *Cor.* rotata. *Capsf.* 1-locularis, infera, polysperma, calyce rostrata.

244.

aspera. 1. **BELLONIA.**

226. **PORTLANDIA.** *Cor.* clauato-infundibuliformis. *Antherae* longitudinales. *Capsf.* pentagona, retusa, biocularis, polysperma, coronata calyce 5-phyllo.

244.

grandifl. 1. *P.* flor. pentandris.

hexandra. 2. *P.* flor. hexandris. *Mant.* 45. *

227. **CINCHONA.** *Cor.* infundibulif. apice lanata, *Capsf.* infera, 2-locularis, dissepimento parallelo.

244.

officinal. 1. **CINCHONA.** *Folia* opposita, petiolata, integerrima, subtus tomentosa. *Flores* paniculati, pedicellati. *Cal.* monophyllus, minimus, campanulatus, obsolete 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis, extus tomentosa: *Tubus* cylindricus, calyce multoties longior. *Limbus* tubo brevior, 5-partitus: laciniis ovato-oblongis, patentibus, apice intus margineque lanatus. *Filamenta* 5, setacea, e medio tubi. *Antherae* oblongae, supra basin exteriorem affixae in fauce corollae. *Capsula* bipartibilis, dehiscens in duas partes dissepimento parallelo, latere interiore dehiscentes. *misit D. Mutis.*

228. **PSYCHOTRIA.** *Cal.* 5-dentatus, coronans. *Cor.* tubulosa. *Bacca* globosa. *Sem.* 2, hemisphaerica, fulcata.

245.

asiatica. 1. **PSYCHOTRIA** stipulis emarginatis, fol. lanceolato-ovatis. *Psychotria* cartaginensis frutescens, fol. obouatis. *Lacq. amer.* 65. t. 174. f. 22.

her.

herbacea. 2. *P.* caule herbaceo repente, fol. cordatis petiolatis.
Jacq. amer. 66. t. 46.

229. **COFFEA** *Cor.* hypocrateriformis. *Stamina*
246. supra tubum. *Bacca* infera, disper-
ma. *Sem.* arillata.

arabica. 1. *C.* flor. quinquefidis dispermis. *Folio subtus in alis*
nervorum costalium puncto secretorio instruuntur.

occiden- 2. *C.* flor. quadrifidis, baccis monospermis. *Jacq. amer.*
talis. 67. t. 47.

230. **CHIOCOCCA.** *Cor.* infundibuliformis, aequa-
346. lis. *Bacca* 1-locularis, 2-sper-
ma, infera.

racemosa. 1. *C.* fol. oppositis β . *Chiococca scandens sarmentis*
tenuissimis et fere indivisis. Brown. jam. 164.
obs. Chiococca alternifolia an Cestri species?

231. **HAMELLIA.** *Cor.* 5-fida. *Bacca* 5-locularis,
246. infera, polysperma.

patens. 1. *H.* racemis patentibus. *Jacq. amer. 71. t. 50. an una*
vel plures species?

232. **LONICERA.** *Cor.* monopetala, irregularis.
246. *Bacca* polysperma, 2-locula-
ris, infera.

* *Periclymena caule volubili.*

Caprifolium. 1. *L.* flor. verticillatis terminalibus sessilibus, fol. sum-
mis connato-perfoliatis.

semper- 2. *L.* verticillis aphyllis terminalibus, fol. summis con-
virens. nato-perfoliatis. *Flores fere regulares.*

dioica. 14. *L.* verticillis aphyllis terminalibus, fol. omnibus
connato-perfoliatis.

Pericly- 3. *L.* capitul. ovatis imbricatis terminalibus, fol. omni-
menum. bus distinctis.

* * *Chamaecerasa pedunculis bifloris.*

- nigra.* 4. L. pedunc. bifloris, bacc. distinctis, fol. ellipticis integerrimis. *Folia iuniora hirsuta, integerrima, subplicata, unde quasi serrata. Stipulae ovato-lanceolatae. Bracteae squamis 2 aridis et foliolis 3 transversis latis. Calyx latiusculus. Corolla purpurascens. Semina 5. Haller. emend. 135.*
- tatarica.* 5. L. pedunc. bifloris, bacc. distinctis, fol. cordatis obtusis. *Flores albi.*
- Xylosteum:* 6. L. pedunc. bifloris, bacc. distinctis, fol. integerrimis pubescentibus. *Flores albi.*
- pyrenaic.* 7. L. pedunc. bifloris, bacc. distinctis, fol. oblongis glabris.
- alpigena.* 8. L. pedunc. bifloris, bacc. coadunatis didymis. fol. ovali-lanceolatis. *Folia glabra. Corollae non calcaratae, luteae, inaequales. Calycis lacinae 2 superiores vix distinctae. Bacca tota disperma.*
- caerulea.* 9. L. pedunc. bifloris, bacc. coadunatis globosis; stylis indivisis. *Cortex flavissimus. Semina saepe 10. Flores flavi.*
- * * *
- marilan.* 10. L. spicis terminalibus, fol. ovato-oblongis acuminate. *distictis sessilibus.*
- Symphor.* 11. L. capitul. lateralibus pedunculatis, fol. petiolatis.
- Dieruill.* 12. L. racem. terminalibus, fol. serratis.
- corymbos.* 13. L. corymb. terminalibus, fol. ovatis acutis.

233. TRIOSTEVM. *Cor. monopetala, subaequalis. Cal. longitudine corollae. Bacca 3-locularis, monosperma, infera.*

- perfoliat.* 1. T. floribus verticillatis sessilibus.
- angustif.* 2. T. floribus oppositis pedunculatis.

234. MORINDA. *Flores aggregati, monopetali. Stigma 2-fidum. Drupae aggregatae.*

- umbellat.* 1. M. erecta, fol. lanceolato-ovatis, pedunc. confertis.
- citrifolia.* 2. M. arborea, pedunc. solitariis.
- Koyoc.* 3. M. procumbens.

235. CONOCARPVS. *Cor.* 5-petala? *Semina* nuda,
250. solitaria, infera. *Flores*
aggregati.

erecta. 1. *C. erecta*, fol. lanceolatis. *Jacq. amer.* 78. t. 52. f.
1. *Conocarpus Manghana arbor curassauica*, fo-
liis salignis. *Catesb. car.* 2. p. 33. t. 35.
procum- 3. *C. procumbens*, fol. obouatis. *An varietas C. ere-*
bens. *ctae?*
racemosa. 2. *C.* fol. lanceolato-ouatis obtusiusculis, fructibus se-
gregatis. *Conocarpus floribus completis remo-*
tis. *Jacq. amer.* 80. t. 53. *Huic petala 5, subrotun-*
da; in prioribus nulla. Stamina huic 10.

236. KVHNIA. *Flos* compositus, flosculosus. *Sem.*
1662. solitaria: pappo plumoso. *Rece-*
ptac. nudum.

eupatori- 1. KVHNIA. *Linn. dec.* 21. t. 11. *Eupatorium alterni-*
oides. folium, foliis alternis, calycibus multifloris,
pappo plumoso. *Ard. spec.* 2. p. 40. t. 20. *Dis-*
fert ab omnibus floribus compositis, Antheris separa-
tis, etiam ab Eupatorio foliis alternis.

237, ERITHALIS. *Cor.* 5-partita. *Cal.* vrceolatus.
251. *Bacca* 10-ocularis, infera.

fruticosa. 1. ERITHALIS. *Erithalis odorifera arbor ea erecta.* *Jacq.*
amer. 72. t. 173. f. 23. *Sambucus ligno duro odo-*
ratissimo s. Santalum racemosum, foliis obtusis.
Plum. ic. t. 249. f. 2. *Arbor Foliis oppositis; Co-*
rymbis compositis.

238. MENAIS. *Cor.* hypocraterif. *Cal.* 3-phyllus.
251. *Bacca* 4-ocularis. *Sem.* solitaria.

toritaria. 1. MENAIS.

239. **MUSSAENDA.** *Cor.* infundibulif. *Stigm.* 2.
251. crassiuscula. *Bacca* oblonga,
infera. *Sem.* 4-fariam dispo-
sita.

fruticosa. 1. *M.* panicula foliis coloratis.

formosa. 2. *M.* inermis, flor. sessilibus solitariis. *Mant.* 45. *

spinosa. 3. *M.* spinosa, flor. sessilibus aggregatis. *Mant.* 45. *

240. **GENIPA.** *Cor.* rotata. *Stigma.* clauatum. *Bac-*
251. *ca* bilocularis. *Sem.* nidulantia,
cordata.

americ. 1. **GENIPA.** *Plum. ic. t.* 136. *Ianipha.* *Marg. bras.* 92.

1231. **MATTHIOLA.** *Cor.* tubulosa, superá, indi-
1161. uisa. *Calyx* integer. *Drupa*
nucleo globoso.

scalna. 1. **MATTHIOLA.** *Arbuscula* visa solo Plumiero, dum oc-
currat attente describenda, imprimis quoad caracte-
rem etiamnum dubium.

241. **MIRABILIS** *Cor.* infundibul. supera. *Cal.* in-
252. ferus. *Nectarium* globosum, ger-
men includens.

dichotom. 2. *M.* flor. solitariis axillaribus erectis sessilibus.

lanceata. 1. *M.* flor. congestis terminalibus erectis.

longiflor. 3. *M.* flor. congestis longissimis subuuantibus termina-
libus, fol. subuillofis.

242. **CORIS.** *Cor.* monopetala, irregularis. *Cal.* spi-
252. nosus. *Caps.* 5-valuis, supera.

monspel. 1. **CORIS.**

1229. **BROSSAEA.** Cor. truncata. Cal. carnosus.
1661. Caps. 5-locularis, polysperma.

coccinea. I. **BROSSAEA.** *Planta obscura, et caractere dulcia, praeter ea quae habet Plumier. Statura Codionominil simili videtur.*

243. **ELISIA.** Cor. monopetala, infundibul. Bacca
1662. carnosae, bilocularis Sem. 2, muricata: altero superiore.

Nyctelea. **ELLISIA.** Polemonium Nyctelea. Sp. pl. 231. Planta lithospermo affinis. E. N. C. 1761. p. 330.

244. **VERBASCUM.** Cor. rotata, subinaequalis. Caps.
253. 2-locularis, 2-valvis.

Thapsus. 1. V. fol. decurrentibus vtrinque tomentosis, caul. simplici.

Thapsoides. 12. V. fol. decurrentibus, caul. ramoso. an hybrida V. Thapsi?

boerkhavi. 12. V. fol. sublyratis, flor. sessilibus. Mant. 45.

phlomooides. 3. V. fol. ovatis vtrinque tomentosis. inferioribus petiolatis.

Lychnit. 2. V. fol. cuneiformi-oblongis.

nigrum. 4. V. fol. cordato-oblongis petiolatis.

phoeniceum. 5. V. fol. ovatis nudis crenatis radicalibus, caule subnudo racemoso. Folia Radicalia ovata, subsessilia, nuda, laevia, rugosa, vix crenata. Caulis erectus, simplex, bipedalis. Rami ex alis infimis, erecti, simplices, longitudine caulis; omnes angulati, subpubescentes pilis apice viscidis. Folia Caulina cordata, sessilia, glabra, rugoso-venosa. Racemus omnium terminalis simplex, pedalis. Pedunculi simplices, solitarii, uniflori. Calyx 5-partitus: foliolis inferioribus fere minoribus. Corolla rotata, saturate purpurea. Filamenta purpurea, barbata: horum superiora 3 barba alba. Antherae reniformes, compressae, nigricantes polline fulvo. Pistillum purpureum, deflexum.

- Blattaria.* 6. V. fol. amplexicaulibus oblongis glabris, pedunc. solitariis.
- Arcturus.* 7. V. fol. lyrato-pinnatis.
- sinuatum.* 9. V. fol. radicalibus pinnatifido-repandis tomentosis; caulinis amplexicaulibus nudiusculis; rameis primis oppositis.
- osbeckii.* 10. V. fol. incisus nudis, caule folioso, calyc. lanatis, pedunc. bifloris.
- spinosum.* 8. V. caule folioso spinoso frutescente.
- myconi.* 11. V. fol. lanatis radicalibus, scapo nudo. *Trew. chret.* 26. t. 57. *Mill. ic. t.* 277.

245. **DATVRA** *Cor.* infundib. plicata. *Cal.* tubulosus, angulatus, deciduus. *Caps.* 4-valuis.

- ferox.* 1. D. pericarpis spinosis erectis ouatis: spinis summis maximis conuergentibus.
- Stramon.* 2. D. pericarp. spinosis erectis ouatis, fol. ouatis glabris.
- Tatula.* 3. D. pericarp. spinosis erectis ouatis, fol. cordatis glabris dentatis.
- fastuosa.* 5. D. pericarp. tuberculatis nutantibus globosis, fol. ouatis angulatis. *Rumph. amb.* 5. t. 243. f. 2. *Caulis rufus punctis s. lineolis albis.*
- Metel.* 4. D. pericarp. spinosis nutantibus globosis, fol. cordatis subintegris pubescentibus. *Calyx non angulatus, sed teres, subturidus, peniformis.*
- arbores.* 6. D. pericarp. glabris inermibus nutantibus, caule arboreo.

246. **HYOSCYAMVS** *Cor.* infundibul. obtusa. *Stam.* inclinata. *Caps.* operculata, 2-ocularis.

- niger.* 1. H. fol. amplexicaulibus sinuatis, flor. sessilibus.
- albus.* 2. H. fol. petiolatis sinuatis obtusis, flor. subsessilibus.
- aureus.* 3. H. fol. petiolatis dentatis acutis, flor. pedunculatis, fructib. pendulis.
- muticus.* 6. H. fol. petiolatis ouatis acutangulis; cal. muticis, bracteis indiuisis. *Mant.* 45.

- pusillus*. 4. H. fol. lanceolatis dentatis : floralibus inferioribus binis, calyc. spinosis.
- physaloides*. 5. H. fol. ovatis integerrimis, calyc. inflatis subglobosis. *Descriptio Pulmonariae hirtae Sp. pl. 1667. huius est. Figura in Dissert. Aphonini.*
- Scopolia*. 7. H. fol. ovatis integris, cal. inflatis campanulatis laevibus. *Mant. 46.*

247. **NICOTIANA** Cor. infundibul. limbo plicato.
258. Stam. inclinata. Caps. 2-valvis, 2-locularis.

- Tabacum*. 3. N. fol. lanceolato - ovatis sessilibus decurrentibus, flor. acutis.
- fruticosa*. 2. N. fol. lanceolatis subpetiolatis amplexicaulibus, flor. acutis, caule frutescente.
- rustica*. 4. N. fol. petiolatis ovatis integerrimis, flor. obtusis.
- paniculata*. 3. N. fol. petiolatis cordatis integerrimis, flor. paniculatis obtusis clauatis.
- vrens*. 5. N. fol. cordatis crenatis, racemis recurvatis, caule hispido pruriginoso.
- glutinosa*. 6. N. fol. petiolatis cordatis integerrimis, flor. racemosis secundis subringentibus.
- pusilla*. 1. N. fol. oblongo-ovalibus radicalibus, flor. racemosis acutis.

248. **ATROPA**. Cor. campanulata. Stam. distantia.
259. Bucca globosa, 2-locularis.

- Mandrag.* 1. A. acaulis. scapis unifloris.
- Belladonn.* 2. A. caule herbaceo, fol. ovatis integris.
- physaloides*. 3. A. caule herbaceo, fol. sinuato - angulatis, calyc. clausis acutangulis. Alkekengi calyc. profunde diviso, fruct. sicco. *Act. petrop. 1761. p. 319.*
- arborese.* 5. A. caule frutescente, pedunc. confertis, corollis revolutis, fol. oblongis.
- frutesc.* 4. A. caule fruticoso, pedunc. confertis. fol. cordato-ovatis obtusis.

249. **PHYSALIS.** *Cor.* rotata. *Stam.* conniuentia.
261. *Bacca* intra calycem inflatum,
bilocularis.

* *Perennes.*

- somnifer.* 1. *P.* caule fruticoso, ramis rectis, flor. confertis.
flexuosa. 2. *P.* caule fruticoso, ramis flexuosis, flor. confertis.
arborefc. 3. *P.* caule fruticoso, fol. ovatis pilosis, flor. solitariis,
corollis reuolutis.
curassav. 4. *P.* caule fruticoso, fol. ovatis tomentosis.
viscosa. 5. *P.* fol. geminis repandis obtusis subtomentosis, cau-
le herbaceo superne paniculato.
pensylua- 11. *P.* fol. ovatis subrepandis obtusis nudiusculis, flor.
nica. geminis, caule herbaceo. *Sp. pl.* 1670.
Alkekeng. 6. *P.* fol. geminis integris acutis, caule herbaceo infer-
ne subramoso.
peruuia- 12. *P.* pubescens, fol. cordatis integerrimis. *Sp. pl.* 1670.
na.

* * *Annuae.*

- angulat.* 7. *P.* ramosissima, ramis angulatis glabris, fol. ovatis
dentatis.
pubescens. 8. *P.* ramosissima, fol. villoso-viscosis. flor. pendulis.
Baccae globofae, calycem replentes.
minima. 9. *P.* ramosissima, pedunc. fructiferis folio villoso lon-
gioribus. *Planta parua, patens, pilis oblongis ad*
ramorum alas.
pruinosa. 10. *P.* ramosissima, fol. subvillosis, pedunc. strictis.
Alkekengi barbadense nanum, alliariae folio.
Dill. elth. 10. t. 9. f. 9. (nec t. 12. f. 12). Calyces basi
plana. Baccae subturbinatae.

250. **SOLANVM.** *Cor.* rotata. *Antherae* subcoalescentes,
263. apice poro gemino dehiscentes,
Bacca 2-locularis.

* *Inermia.*

- verbasci-* 1. *S.* caule inermi fruticoso, fol. ovatis tomentosis in-
folium. tegerrimis, umbellis compositis.

- gvineens.* 2. *S.* caule inermi fruticoso, fol. ovatis integerrimis, pedunc. lateralibus filiformibus.
- Pseudo-Capsicum diphyllum.* 3. *S.* caule inermi fruticoso, fol. lanceolatis repandis, umbell. sessilibus.
4. *S.* caule inermi fruticoso, fol. geminis: altero minore, flor. cymosis.
- Dulcamara quercifolia.* 5. *S.* caule inermi frutescente flexuoso, fol. superioribus hastatis, racemis cymosis.
6. *S.* caule inermi subherbaceo angulato flexuoso scabro, fol. pinnatifidis, racemis cymosis. *Soror Dulcamarae.*
- radicans.* 7. *S.* caule inermi herbaceo laevi teretiusculo prostrato radicante, fol. pinnatifidis, racemis cymosis.
- havanense.* 32. *S.* caule inermi frutescente, fol. lanceolatis nitidis integerrimis, pedunc. subbifloris. *Mant.* 47.*
- racemosum.* 33. *S.* caule inermi frutescente, fol. lanceolatis repandis undulatis, racem. longis rectis. *Mant.* 47.
- bonariens.* 8. *S.* caule subinermi frutescente, fol. cuneiformibus sinuato-repandis. *Mill. ic. t.* 294.
- tuberosum.* 10. *S.* caule inermi herbaceo, fol. pinnatis integerrimis, pedunc. subdivisis.
- pimpinellifolium.* 12. *S.* caule inermi herbaceo, fol. pinnatis integerrimis, racem. simplicibus.
- Lycopersicum peruuanum.* 11. *S.* caule inermi herbaceo, fol. pinnatis incisiss, racem. simplicibus.
13. *S.* caule inermi herbaceo, fol. pinnatis incisiss tomentosis, racem. bipartitis foliosis, baccis pilosis.
- montanum.* 13. *S.* caule inermi herbaceo, fol. subcordatis repandis.
- rubrum.* 34. *S.* caule inermi subperennante, fol. geminis ovatis integerrimis, pedunc. subumbellatis.
- nigrum.* 15. *S.* caule inermi herbaceo, fol. ovatis dentato-angulatis, racemis distichis nutantibus.
- aethiopicum.* 9. *S.* caule inermi herbaceo, fol. ovatis repando-angulatis, pedunc. fertilibus unifloris cernuis. *Pluck. phyt.* 226. f. 4.
- Melongena.* 13. *S.* caule inermi herbaceo, fol. ovatis tomentosis, pedunc. pendulis incrassatis, calyc. inermibus. *Pluk. phyt.* 226. f. 2.

* * *Aculeata.*

- insanum.* 30. *S.* caule aculeato herbaceo, fol. ovatis tomentosis, pedunc. pendulis incrassatis, calyc. aculeatis. *Pluk. phyt. t.* 226. f. 3.

ferox

- ferox.* 17. *S.* caule aculeato herbaceo, fol. cordatis angulatis tomentosis aculeatis, baccis hirtis calyce obtectis.
- campechiense.* 18. *S.* caule aculeato herbaceo hirto, fol. cordatis sinuatis subtomentosis, calyc. aculeatissimis.
- mammosum.* 19. *S.* caule aculeato herbaceo, fol. cordatis angulato-lobatis: vtrinque villosis aculeatis.
- paniculatum.* 20. *S.* caule petiolisque aculeatis, fol. sinuato-angulatis supra glabris, flor. paniculatis.
- viginianum.* 21. *S.* caule aculeato angulato, fol. pinnatifidis vndique aculeatis: laciniis sinuatis obtusis, calyc. aculeatis. *Differt a S. sodomeo ramis angulatis.*
- indicum.* 22. *S.* caule aculeato fruticoso, fol. cuneiformibus angulatis subvillosis integerrimis: aculeis vtrinque rectis.
- fuscatum.* 23. *S.* caule aculeato fruticoso, fol. ovatis obtuse lobatis: aculeis vtrinque rectis: superioribus coloratis.
- carolinense.* 24. *S.* caule aculeato annuo, fol. hastato-angulatis: aculeis vtrinque rectis, racem. laxis.
- sodomeum.* 25. *S.* caule aculeato fruticoso tereti, fol. pinnatifido-sinuatis sparse aculeatis nudis, calyc. aculeatis. *Folia subtus nuda.*
- sanctum.* 26. *S.* caule aculeato fruticoso, aculeis tomentosis foliisque oblique ovatis repandis.
- tomentosum.* 27. *S.* caule aculeato fruticoso: aculeis acerosis, fol. cordatis inermibus subrepandis: tenellis purpureo-pulverulentis.
- bahamense.* 28. *S.* caule aculeato fruticoso, fol. lanceolatis repandis obtusis margine reflexis, racemis simplicibus.
- igneum.* 29. *S.* caule aculeato fruticoso, fol. lanceolatis acuminatis basi vtrinque reuolutis, racemis simplicibus.
- trilobatum.* 23. *S.* caule aculeato fruticoso, fol. cuneiformibus subtrilobis glabris obtusis inermibus.

* * * *Spinosa.*

- lycioides.* 34. *S.* caule spinoso fruticoso, fol. ellipticis. *Mant.* 46.

251. CAPSICVM. *Cor.* rotata. *Bacca* exsucca.

270.

- annuum.* 1. *C.* caule herbaceo, pedunc. solitariis.
- baccatum.* 3. *C.* caule fruticoso laevi, pedunc. geminis. *Mant.* 47. *
Capsicum frutescens. Sp. pl. 271. β. distincta sit Species.

gros-

- grosfum.* 4. C. caule fuffrutescente, fructibus incrassatis variis.
Mant. 47. Piper indicum, siliquis surrectis rotundis, maximum. *Bauh. pin.* 103. Piper indicum.
Besl. cyst. aut. 2. t. 2. f. 1.
frutescens. 2. C. caule fruticoso scabriusculo, pedunc. solitariis.
 (exclusa varietate β .)

252. STRYCHNOS. Cor. 5-fida. Bacca 1-locularis, cortice lignoso.
 271.

- nux vom.* 1. S. fol. ovatis, caule inermi.
colubrin. 2. S. fol. ovatis acutis, cirrhis simplicibus.

253. IACQUINIA. Cor. 10-fida. Stam. receptaculo inserta. Bacca 1-sperma.
 271.

- armillaris.* 2. I. fol. obtusis cum acumine. *Iacq. amer.* 53. t. 39.
*Pedunculi huic racemosi, sequentibus uniflori. Loe-
 flingii descriptio bona.*
ruscifolia 1. I. fol. lanceolatis acuminatis.
linearis. 2. I. fol. linearibus acuminatis.

254. CHIRONIA. Cor. rotata. Pistillum declinatum. Stam. tubo corollae infidentia. Antherae demum spirales. Peric. 2-loculare.
 272.

- trinerv.* 1. C. herbacea, calycinis foliollis membranaceo-carinatis.
linoides. 2. C. herbacea; fol. linearibus. *Calycis foliola subulata.*
iasminoid. 3. C. herbacea, fol. lanceolatis.
campanulata. 4. C. herbacea, fol. sublinearibus, calyc. longitudine corollae.
angularis. 5. C. herbacea, caule acutangulo, fol. ovatis amplexicaulibus.
baccifera. 7. C. frutescens baccifera.
frutescens. 8. C. frutescens fol. lanceolatis subtomentosis, calyc. campanulatis. *Calycis foliola ovata obtusa subtomentosa.*

255. **CORDIA.** *Cor.* infundibuliformis. *Stylus*
173. *dichotomus.* *Drupa* nucleis 2-
locularibus.

Myxa. 1. *C.* fol. ovatis supra glabris, corymb. lateralibus,
calyc. decemstriatis, *Folia Alni serrato-angula-*
ta, subtus scabra.

Sebestena. 3. *C.* fol. oblongo-ovatis repandis scabris.

Gerascan- 4. *C.* fol. lanceolato-ovatis scabris, panicula termina-
thus. li, calyc. decemstriatis. *Jacq. amer 43. t. 175. f. 16.*

macro- 4. *C.* fol. ovatis villosis sesquipedalibus.
phylla.

Callococc 1. 5. *C.* fol. cordato ovatis integerrimis, flor. corymbo-
fis, calyc. interne tomentosus.

208. **PATAGONVLA.** *Cor.* rotata. *Styl.* dichoto-
212. *mus.* *Cal.* fructiferus ma-
ximus.

american. 1. PATAGONVLA.

256. **EHRETIA** *Bacca* 2-locularis. *Sem.* solitaria,
274. *bilocularia.* *Stigma* emarginatum.

Tinifolia. 1. *E.* fol. oblongo-ovatis integerrimis glabris, flor. pa-
niculatis.

spinosa. 2. *E.* spinosa. *Jacq. amer. 46. t. 80. f. 18.*

Bourreria. 3. *E.* fol. ovatis integerrimis laevibus, flor. subcorym-
bosis, calyc. glabris.

exsucca. 4. *E.* fol. cuneiformi-lanceolatis margine reflexis. *Bour-*
reria exsucca fructibus exsuccis quadrifidis. *Jacq.*
amer. 45. t. 173. f. 17.

257. **VARRONIA.** *Cor* 5-fida. *Drupa* Nucleo 4-
275. *loculari.*

lineata. 1. *V.* fol. lanceolatis lineatis, pedunc. lateralibus pe-
tiolo adnatis, spicis globosis.

tullata. 2. *V.* fol. ovatis venoso rugosis, spicis globosis.

martinen- 6. *V.* fol. ovatis acuminatis, spicis oblongis.

his,

globo-

- globosa.* 3. V. fol. lanceolato-oblongis, caul. dichotomo, pedunc. axillaribus elongatis nudis, spicis globosis.
curassauica. 4. V. fol. lanceolatis, spicis oblongis.
alba. 5. V. fol. cordatis, flor. cymosis. *Jacq. amer. 41.*

258. LAUGERIA. Cor. 5-fida. Drupa. Nucleo
 276. 5-loculari.

odorata. 1. LAUGERIA. *Oppositifolia. Variat spinosa et inermis.*

259. BRUNSFELSIA. Cor. infundibuliformis, longissima. Bacca 1-unilocularis, polysperma.
 276.

americana. 1. BRUNSFELSIA. *Ad ringentes pertinere. Dau. Royen.*

260. CESTRUM. Cor. infundibuliformis. Stamina in medio denticulum exsertentia. Bacca 1-locularis.
 277.

nocturn. 1. C. flor. pedunculatis.

diurnum. 2. C. flor. sessilibus.

261. LYCIVM. Cor. tubulosa, fauce clausa filamentorum barba. Bacca 2-locularis.
 277.

asrum. 1. L. fol. linearibus.

barbarum. 2. L. fol. lanceolatis, calyc. bifidis. Lycium foliis lanceolatis acutis. *Mill. dist. 6.*

europaeum. 3. L. fol. obliquis, ramulis flexuosis teretibus. *Mant. 47.*

capsulare. A. L. fol. lanceolatis tenuibus glabris, pedunc. calycibusque pubescentibus, pericarp. capsularibus.

262. CHRYSOPHYLLVM. Cor. campanulata, 10-fida: laciniis alternis patulis. Bacca 10-sperma.
 278.

Cainito. 1. C. fol. ovatis parallele striatis, subtus tomentoso nitidis. *Jacq. amer. 51. t. 37.*

β. Chryso-ph. fol. oblongo-ouatis, superne glabris, subtus ferrugineis, flor. alaribus corymbosis. *Mill. dict.*

γ. Chryso-ph. iamaicense, fructu purpureo. *Jacq. amer. 52.*

Chryso-ph. fructu globoso, fol. subtus ferrugineis. *Brown. iam. 171. t. 14. f. 52.*

Anona fol. subtus ferrugineis. *Sloam. iam. 2. p. 170. t. 229.*

δ. Chryso-ph. caeruleum, fructu caeruleo globoso. *Jacq. amer. 52. t. 37.*

glabrum. 2. C. fol. vtrinque glaberrimis. *Jacq. amer. 53. t. 38.*

263. SIDEROXYLON. Cor. 10-fida: laciniis alternis incuruis. *Stigma simplex. Bacca. 5-sperma.*

278.

mile.

1. S. inerme, flor. sessilibus. *Confer Laurifolia africana. Comm. hort. 1. p. 95. t. 100. sed flores absque dentibus inter stamina. D. Royen.*

inerme.

1. S. inerme, fol. perennantibus obouatis, pedunc. teretibus.

melanophleus.

4. S. inerme, fol. perennantibus lanceolatis, pedunc. angulatis. *Mant. 48. **

tenax.

5. S. subinerme, fol. deciduis lanceolatis subtus tomentosis, pedunc. filiformibus. *Mant. 48. **

lycioides.

2. S. spinosum, fol. deciduis lanceolatis.

decandrum.

3. S. spinosum, fol. deciduis ellipticis. *Mant. 48. **

spinosum.

7. S. fol. perennantibus.

foetidissimum.

6. S. inerme, fol. suboppositis, flor. patentissimis. *Mant. 49.*

264. RHAMNUS. Cal. tubulosus: squamis stamina munientibus. Cor. nulla. *Bacca.*

279.

* *Spinosi.*

cathart.

1. R. spinis terminalibus, flor. quadrifidis dioicis, fol. ouatis, caul. erecto.

infectorius.

21. R. spinis terminalibus, flor. quadrifidis dioicis, caul. procumbentibus. *Mant. 49.*

lycioides

- lycioides*. 2. R. spinis terminalibus, fol. linearibus.
oleoides. 3. R. spinis terminalibus, fol. oblongis integerrimis.
saxatilis. 20. R. spinis terminalibus, flor. quadrifidis hermaphroditis. *p.* 1671.
pentaphyllus. 21. R. spinis terminalibus, fol. ternatis quinatisque. *Jacq. obs.* 2. *p.* 17. Rhamnus ficulus. *Bocc. sic.* 43. *t.* 21.

* * *Inermes.*

- Sarcophalus*. 6. R. inermis, fol. ovalibus coriaceis integerrimis emarginatis.
Micrauthus. 7. R. inermis, fol. ovato-lanceolatis obliquis pubescentibus, stipul. lanceolatis acuminatis deciduis. *Plumieriae speciem facit Millerus.*
cubensis. 10. R. inermis, flor. hermaphroditis, caps. trilocularibus, fol. rugosis integerrimis tomentosis. *Habitus Viburni Lantanae. Folia utrinque tomentosa. Fructus praecedentis.*
colubrinus. 8. R. inermis, flor. monogynis hermaphroditis erectis, caps. tricoccis, petiolis ferrugineo-tomentosis. Rhamnus arboreus, fol. obouatis venosis. *Brown. iam.* 172. *Petala lanceolata ex sinibus calycis. Stamina intra petala. Callus nectariferus transversus inter basin staminum. Stylus triquetus. Ramuli, pedunculi, petioli et foliorum nervi subtus sunt ferrugineo-subtomentosi.*
alpinus. 4. R. inermis, flor. dioicis, fol. duplicato-crenatis.
pumilus. 21. R. inermis repens, flor. hermaphroditis, fol. serratis. *Mant.* 49.
Frangula. 5. R. inermis flor. monogynis hermaphroditis, fol. integerrimis.
lineatus. 11. R. inermis, flor. hermaphroditis, fol. ovatis linearibus repandis subtus reticulatis.
Alaternus. 9. R. inermis, flor. dioicis, stigmate triplici, fol. serratis.

* * * *Aculeati.*

- Paliurus*. 12. R. aculeis geminatis: inferiore reflexo, flor. trigynis.
Lotus. 13. R. aculeis geminatis: altero recurvo, fol. ovato-oblongis.
iguaneus. 17. R. aculeis geminatis: altero patente, racemis axillaribus monoicis, fol. nudis. *Folia alterna, glabra, subserrata. Calyx absque squamis petaloides, absque tubo. Floris feminei Stylus 2 Stigmatibus bifidis. Drupa nucleo uniloculari.*

- Napeca.* 14. R. aculeis subgeminatis recuruis, pedunc. corymbosis, flor. semidigyniis, fol. serratis utrinque laevibus.
- Iuuba.* 15. R. aculeis solitariis recuruis, pedunc. aggregatis, flor. semidigyniis, fol. retusis subtus tomentosis.
- Oenoplia.* 16. R. aculeis solitariis recuruis, pedunc. aggregatis subsessilibus, fol. semicordatis subtus tomentosis.
- Zizyph.* 18. R. aculeis geminatis: altero recuruo, flor. digynis, fol. ovato-oblongis. *A Syria in Italiam translata a Sexto Pampinio, tempore Augusti.*
- Sp. Christ.* 19. R. aculeis geminatis rectis, fol. ovatis.

265. PHYLICA. *Perianth.* 5-partitum, turbinatum.
283. *Petala* 0. *Squamae* 5 stamina
munientes. *Caps.* tricocca.

- ericoides.* 1. P. fol. linearibus verticillatis.
- plumosa.* 2. P. fol. lineari-subulatis: summis hirsutis.
- radiata.* A. P. fol. linearibus triquetris sparsis, caule piloso, bracteis apice glabris coloratisque. *Cent.* 20.
- dioica.* B. P. fol. cordatis. *Burmann.*
- buxifol.* 3. P. fol. ovatis sparsis ternisque subtus tomentosis.

266. CEANOTHUS. *Petala* 5, faccata, fornicata.
284. *Bacca* sicca, 3-locularis,
3 sperma.

- americ.* 1. C. fol. trinerviis.
- asiaticus.* 2. C. fol. ovatis eneruiis.
- african.* 3. C. fol. lanceolatis eneruiis, stipul. subrotundis. *Fabr. helm.* 234. *Pluk. phyt.* 126. f. 1. an huius species vera?

1250. ARDVINA. *Cor.* 1-petala. *Stigma* 2-fidum.
Bacca 2-locularis. *Sem.* solitaria.

bispinosa. ARDVINA. *Mant.* 52.

267. **BUTTNERIA.** *Cor.* 5-pétala. *Filamenta* apice petalis connata. *Caps.* 5-cocca, muricata.

284. *scabra.* 1. **BUTTNERIA.** *Jacq. amer. 76. Frutex sarmentosus, Rubi fruticosi. aculeis recurvis. Folia alterna, oblonga, petiolo costaque aculeata. Racemi axillares, aggregati.*

268. **MYRSINE.** *Cor.* semi 5-fida, connuens. *Germen* corollam replens. *Bacca* 5-ocularis, 5-sperma.

285. *africana.* 1. **MYRSINE.** *Flores axillares terni pedunculis brevibus. Corolla pallida, punctis testaceis scabra, ciliata clausa. Stamina laciniis corollae opposita, nec alterna. Stigma penicilliforme. Bacca figura et magnitudine uvae urfi, caerulea. Nucleus eiusdem formae, globosus, depressiusculus.*

269. **CELASTRUS.** *Cor.* 5-petala, patens. *Caps.* 5-angularis, 3-ocularis. *Sem.* calyptrata.

285. *bullatus.* 1. **C.** inermis, fol. ovatis integerrimis.
scandens. 2. **C.** inermis, caule volubili.
myrtifol. 3. **C.** inermis, fol. ovatis ferrulatis, flor. racemosis, caule erecto.
luxifol. 4. **C.** spinis foliosis, ramis angulatis, fol. obtusis.
py acanthus. 5. **C.** spinis nudis, ramis teretibus, fol. acutis.
lucidus. 6. **C.** fol. ovalibus nitidis integerrimis marginatis. *Mant.*

286. 267. **EVONYMUS.** *Cor.* 5-petala. *Caps.* 5-gona, 5-ocularis, 5-valvis, colorata. *Sem.* calyptrata.

europaeus. 1. **E.** flor. plerisque quadrifidis.
americ. 2. **E.** flor. omnibus quinquefidis.

271. DIOSMA. Cor. 5-petala. Nectarium coronae-
 286. formae, 5-fidum, supra germen.
 Caps. 5, coalitae. Sem. calyptrata.

- oppositif.* 1. D. fol. subulatis acutis oppositis.
hirsuta. 2. D. fol. linearibus hirsutis.
rubra. 3. D. fol. linearibus mucronatis glabris carinatis, sub-
 tus bifariam punctatis.
ericoides. 4. D. fol. lineari-lanceolatis, subtus conuexis, bifa-
 riam imbricatis.
suppressi- 10. D. fol. ovatis triquetris imbricatis, flor. solitariis
na. terminalibus sessilibus. *Mant.* 50. *Brunia vni-*
flora. *Sp. pl.* 289.
crenata. 8. D. fol. lanceolato-oualibus glanduloso-crenatis,
 flor. solitariis. *Calycis fol. subulata, crenata.*
uniflora. 7. D. fol. ovato-oblongis, flor. solitaris terminalibus.
Calycis foliola ovata, magna, foliisque fere latiora.

272. BRVNIA. Flores aggregati. Filamenta ungui-
 288. bus petalorum inserta. Stigma
 2-fidum. Sem. solitaria.

- nodiflora.* 1. B. fol. imbricatis triquetris acutis.
lanugin. 2. B. fol. linearibus patulis, apice callofis.
ciliata. 3. B. fol. ovatis acuminatis ciliatis.
abrotan. 4. B. fol. lineari-lanceolatis patentibus triquetris apice
 callofis.

1247. CYRILLA. Petala acuta, receptaculo inser-
 ta. Caps. 2-locularis. Stylus 2-
 fidus, persistens.

racemiflora. 1. CYRILLA. *Mant.* 50.

273. ITEA. *Petala* longa, calyci inserta. *Caps.* 1-
289. locularis, 2-valuis.

virginis. I. ITEA. *Frutex* humanae altitudinis. *Folia* alterna, pe-
tiolata, ovata, serrata. *Racemi* terminales, albi.
Facies Padi.

274. GALAX. *Cor.* hypocrater. *Cal.* 10-phyllus.
289. *Caps.* 1-locularis, 2-valuis, ela-
stica.

aphylla. I. GALAX.

275. CEDRELA. *Cal.* marcescens. *Cor.* 5-petala.
289. infundibuliformis, basi ad $\frac{1}{3}$ re-
ceptaculo adnata. *Caps.* lignosa,
5-locularis, 2-valuis. *Sem.*
deorsum imbricata, ala mem-
branacea.

odorata. A, C. floribus paniculatis.

276. MANGIFERA. *Cor.* 5-petala. *Drupa* reni-
290. formis.

indica. I. MANGIFERA.

277. HIRTELLA. *Petala* 5. *Filamenta* longissima,
290. persistentia, spiralia. *Bacca*
1-sperma. *Stylus* lateralis.

americana. I. HIRTELLA. *Jacq. amer. 8. t. 8.*

1249. PLECTRONIA. *Petala* 5. calycis fauci in-
serta. *Bacca* 2-sperma,
infera.

ventosa. I. PLECTRONIA. *Mant. 52.*

278. RIBES. *Petala* 5 et *stamina* calyci inserta. *Stylus* 2-fidus. *Bacca* polysperma, infera.

290.

* *Ribesia inermia.*

rubrum. 1. R. inerme, racem. glabris pendulis, flor. planiusculis.

alpinum. 2. R. inerme, racem. erectis. bracteis flore longioribus.

nigrum. 3. R. inerme, racem. pilosis, flor. oblongis.

* * *Grossulariae aculeatae.*

reclinata. 4. R. ram. subaculeatis reclinatis, pedunc. bractea triphylla.

Grossularia. 5. R. ram. aculeatis, petiolorum ciliis pilosis, baccis hirsutis.

oxyacant. 6. R. ramis vndique aculeatis.

Vua cri. spa. 7. R. ramis aculeatis, bacc. glabris, pedicellis bractea monophylla.

cynosbati. 8. R. aculeis subaxillaribus, bacc. aculeatis racemosis.

279. GRONOVIA. *Petala* 5 et *stamina* calyci campanulato inserta. *Bacca* ficca, monosperma, infera.

292.

scandens. 1. GRONOVIA.

280. HEDERA. *Petala* 5, oblonga. *Bacca* 5-sperma, calyce cincta.

292.

Helix. 1. H. fol. ovatis lobatisque.

quinquef. 2. H. fol. quinatis ovatis ferratis.

281. VITIS. *Petala* apice cohaerentia, emarcida. *Bacca* 5-sperma, supera.

293.

vinifera. 1. V. fol. lobatis sinuatis nudis.

indica. 2. V. fol. cordatis dentatis subtus villosis, cirrhis racemiferis. *Plum. ic. 52. f. 2. Cissi species Jacq.*

Labruyc. 3. V. fol. cordatis subtrilobis dentatis subtus tomentosis.

vulpina. 4. V. fol. cordatis dentato-ferratis vtrinque nudis.

trifolia. 5. V. fol. ternatis; foliolis subrotundis ferratis.

laci

laciniosa. 6. V. fol. quinatis: foliolis multifidis.

arborea. 7. V. fol. supradecompositis: foliolis lateralibus pinatis.

282. LAGOECIA. *Involucr.* vniuersale, et partiale.
294. *Petala* 2-fida. *Sem.* solitaria, infera.

Cuminoid. 1. LAGOECIA.

1234. RORIDVLA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus, *Caps.* 3-valuis. *Antherae* basi scrotiformes.

dentata. 1. RORIDVLA.

293. SAVVAGESIA. *Cor.* 5-petala, fimbriata. *Cal.* 5-phyllus. *Nectar.* 5-phyllum, cum petalis alternans, *Caps.* 1-ocularis.

erecta. 1. SAVVAGESIA. *Jacq. amer.* 77. t. 51. f. 3. *Peduncul* laterales, vni flori: floriferi erecti; fructiferi deflexi. *Flores* albi. *Stipulis* ciliatis distinctissima.

284. CLAYTONIA. *Cal.* 2-valuis. *Cor.* 5-petala. *Sigma* 3-fidum. *Caps.* 3-valuis, 1-ocularis, 3-sperma.

virginic. 1. C. fol. linearibus.

sibirica. 2. C. fol. ouatis. *Folia* Radicalia petiolata, ouata, nervosa, glaberrima. *Scapus* declinatus. *Foliis* Caulinis duobus, oppositis, sessilibus, ouatis, intra quae Racemi duo secundi; tenelli adhuc reuoluti; altero diphylo. *Flores* rubri.

285. ACHYRANTHES. Cal. 5-phyllus. Cor. 0.
 294. Stigma 2-fidum. Semina solitaria.

- sanguinolenta.* 1. A. caul. prostrato ramosissimo, spic. compositis congestis. Spicae confertae, tomentosae, congestae ex pluribus alternis sessilibus, laxis. Flores affines Illecebrae procumbenti. Calyx viridis, pubescens. Antherae luteae. Pistillum purpureum. Folia vtrinque rubra: supra obscuriora.
- aspera.* 3. A. caule fruticoso erecto, calyc. reflexis spicae adpressis. Arabica varietas Foliis vtrinque glabris, viridibus, similibus Plumbaginis Zeylanicae, quam sicula latioribus, subtus punctatis.
- lappacea.* 4. A. caule fruticoso diffuso, spica interrupta, flosculis lateralibus vtrinque fasciculo setarum vncinato.
- alternifolia.* 9. A. caule herbaceo erecto, fol. alternis, flor. spicatis remotis, calyc. squarroso-patulis. Mant. 50.
- muricata.* 2. A. caule fruticoso patulo, fol. alternis, flor. spicatis remotis ovatis, calycibus squarrosis.
- corymbos.* 7. A. fol. quaternis linearibus, panicul. dichotomo-corymbosa. Cal. 5-phyllus. Petala 5. Stam. 5? Stylus 1, capitatus.
- dichotoma.* 10. A. caul. suffruticosis, fol. oppositis linearibus planis acutis, cyma dichotoma. Mant. 51.
- prostrata.* 5. A. caul. prostratis fruticosis, spic. oblongis: flosculis binnatis vtrinque fasciculo vncinato.
- brachiata.* 8. A. caule herbaceo brachiato, fol. oppositis ovato-lanceolatis glabris, spic. tomentosis lateralibus. Mant. 50.
- lanata.* 6. A. caule erecto simplici, basi subramoso, fol. alternis obouatis, spicis tomentosis lateralibus. Caulis erectus, rigidulus, subpilosus, basi tantum ramosus. Folia petiolata, integerrima, acutiuscula, nuda, subtus pubescentia. Pedunculi laterales, axillares, brevissimi, spicis 3 s. 4, sessilibus, inaequalibus cum foliolo. Calyces 5-partiti, campanulati, mutici, extus albo-villosi. Stamina 5, basi connexa mediante corona 5 dentata, ut in Illecebris. Semen 1, reniforme. Pl. Achyr. sanguinolenta, prostrata, brachiata, Celosiaque lanata sunt mediae inter Achyranthes et Illecebra.

286. CELOSIA. *Cal.* 3-phyllus, corollae 5-petalae facie. *Stam.* basi nectario plicato coniuncta. *Caps.* horizontaliter dehiscens.

- 296.
- argentea.* 1. C. fol. lanceolatis, stipulis subfalcatis, pedunc. angulatis, spic. scariosis.
- margaritacea.* 2. C. fol. ovatis, stipulis falcatis, pedunc. angulatis, spic. scariosis.
- cristata.* 2. C. fol. oblongo-ovatis, pedunc. teretibus substriatis, spic. oblongis. *Variat foliis angustis et latis.*
- paniculata.* 6. C. fol. ovato-oblongis, caul. assurgente paniculato spic. alternis terminalibus remotis.
- coccinea.* 5. C. fol. ovatis strictis inauriculatis, caul. sulcato, spic. multiplicibus cristatis.
- castrensis.* 4. C. fol. lanceolato-ovatis lineatis acuminatissimis, stip. falcatis, spic. cristatis.
- lanata.* 7. C. fol. lanceolatis tomentosis obtusis, spic. confertis, stam. lanatis. *Nimis affinis Elecebris et Achyr, lanatae. Herba annua, mihi fere forens. Folia Aiercurialis tomentosa, obouato-lanceolata, in petiolos desinentia, obtusa, nutantia, fragilia, subtus, vti caulis ipse, albo-tomentosa, supra canescentia. Rami ex singulis alis. Spicae composita, terminalis.*
- nodiflora.* 8. C. fol. cuneiformibus acutiusculis, spic. globosis lateralibus.

287. ILLECEBRUM. *Cal.* 5-phyllus, cartilagineus. *Cor.* nulla. *Stigma* simplex. *Caps.* 5-valvis, monosperma.

- 298.
- verticill.* 1. I. flor. verticillatis nudis, caul. procumbentibus.
- suffrutic.* 2. I. flor. lateralibus solitariis, caul. suffruticosis.
- cymosum.* 3. I. spic. cymosis secundis, caul. diffuso. *Morif. hist. 2. f. 15. t. 29. f. Ger. prou. 337.*
- Paronychia.* 4. I. flor. bracteis nitidis obuallatis, caulib. procumbentibus, fol. laeuibus.
- capitulum.* 5. I. flor. bracteis nitidis occultantibus; capitula terminalia, caulibus erectiusculis, fol. ciliatis, subtus villosis.

- arabicum.* 11. I. flor. sparsis congestis, bracteis nitidis acquantibus, caul. procumbentibus. *Mant.* 51.
- Achyrantha.* 6. I. caul. repentibus pilosis, fol. ovatis mucronatis opposito minore, capit. subglobosis subspinosis.
- polygonoideum.* 7. I. caul. repentibus hirtis, fol. lato-lanceolatis petiolatis, capitul. orbicularis nudis.
- scroideum.* 8. I. caul. repentibus glabris, fol. lato-lanceolatis petiolatis, capitul. orbicularis pubescentibus. *Nectarium* radius 5, apice laceris.
- sessile.* 9. I. caul. repentibus glabris, fol. lanceolatis subsessilibus, capit. oblongis glabris. *Olus squillarum.* *Rumph. amb. 6. p. 37. t. 15. f. 1.*
- sermiculatum.* 10. I. caul. repentibus glabris, fol. subteretibus carnosus, capit. oblongis glabris terminalibus.
- alsinesifolium.* 12. I. caul. diffusis, fol. ovatis, flor. congestis bracteatibus nitidis. *Mant.* 51.

288. GLAVX. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* nulla. *Caps.* 1-locularis, 5-valvis, 5-sperma.

maritima. 1. GLAVX.

289. THESIVM. *Cal.* 1-phyllus, cui stamina inserta. *Sem.* 1, inferum.

- Linophyll.* 1. T. panicula foliacea, fol. linearibus.
- alpinum.* 2. T. racemo foliato, fol. linearibus. *Jacq. vind. 215. Ger. prou. 442. t. 17. f. 1.*
- funale.* 5. T. flor. spicatis, coroll. ciliatis, caule suffruticoso, fol. subulatis brevissimis.
- capitat.* 3. T. flor. capitatis, fol. triquetris marginibus carinaque ciliato-spinulosis.
- umbellat.* 6. T. flor. umbellatis, fol. oblongis.
- scabrum.* 4. T. capitulis pedunculatis, fol. triquetris margine scaberrimis.
- paniculatum.* 7. T. totum paniculatum. *Mant.* 51.

290. RAUVOLFIA. Contorta, *Bacca* succulenta, disperma.

- nitida.* 1. R. glaberrima nitidissima.
- canescens.* 2. R. subpubescens. *Jacq. amer. 47.*
- tomentosa.* 3. R. tomentosa. *Jacq. obj. 2. t. 35.*

1252. PAEDERIA. Contorta. *Bacca* vacua, fragilis. disperma. *Stylus* 2-fidus.

foetida. 1. PAEDERIA. *Mant.* 52.

1251. CARISSA. Contorta. *Baccae* 2, polyspermae.

Carandas. 1. CARISSA. *Mant.* 52.

291. CERBERA. Contorta. *Drupa* monosperma. 302.

Ahouai. 1. C. fol. ouatis.

Manghas. 2. C. fol. lanceolatis: nervis transversalibus.

Theuetia. 3. C. fol. linearibus longissimis confertis.

292. GARDENIA. Contorta. *Bacca* infera, polysperma *Stylus* eleuatus, bilobus. *Cal.* laciniis verticalibus. 305.

florida. 1. GARDENIA. Iasminum ramo unifloro pleno, petalis coriaceis. *Ehret. pict. t. 15. optime. E. N. C. 1761. p. 333.*

293. VINCA. Contorta, *Folliculi* 2, erecti. *Semina* nuda. 304.

minor. 1. V. caul. procumbentibus, fol. lanceolato-ouatis, flor. pedunculatis.

maior. 2. V. caul. erectis, fol. ouatis, flor. pedunculatis.

lutea. 3. V. caule volubili, fol. oblongis.

rosea. 4. V. caule frutescente erecto, flor. geminis sessilibus ouato-oblongis, petiolis basi bidentatis.

294. NERIVM. Contorta. *Folliculi* 2, erecti. *Sem.* plumosa. *Cor.* tubus terminatus, corona lacera. 305.

Oleander. 1. N. fol. lineari-lanceolatis ternis, coroll. coronatis.

Zeylanic. 4. N. fol. lanceolatis oppositis, ramis rectis. *Cent.* 52. *diua-*

- diueric.* 2. N. fol. lanceolato-ouatis, ramis diuaricatis.
antidyf. 3. N. fol. ouatis acuminatis petiolatis.

295. ECHITES. Contorta. *Folliculi* 2, longi, recti.
 307. *Sem.* papposa. *Cor.* infundibuli-
 formis, fauce nuda.

- biflora.* 1. E. pedunculis bifloris.
5-angularis. 2. E. pedunc. racemosis, fol. obouatis acuminatis.
suberecta. 3. E. pedunc. racemosis, fol. subouatis obtusis mucronatis. *Corollae tubus hirsutus.*
agglutina- 8. E. pedunc. racemosis, fol. ouatis emarginatis acuminatis.
ta.
torulosa. 4. E. pedunc. subracemosis, fol. lanceolatis acuminatis.
umbellata. 5. E. pedunc. umbellatis, fol. ouatis obtusis mucronatis, caul. volubili
trifida. 6. E. pedunc. trifidis multifloris, fol. ouato-oblongis acuminatis.
corymbosa. 7. E. racem. corymbosis, stam. eminentibus, fol. lanceolato-ouatis.
spicata. 9. E. spicis axillaribus breuibus, stam. eminentibus, fol. subouatis.
caudata. 10. E. coroll. infundibuliformibus: apicibus linearibus longissimis. *Mant.* 52.
scholaris. 11. E. fol. subuerticillatis oblongis, folliculis filiformibus longissimis, umbellis compositis. *Mant.* 53.

296. PLUMERIA. Contorta. *Folliculi* 2, reflexi. *Semina* membranae propriae inferta.
 206.

- rubra.* 1. P. fol. ouato-oblongis, petiolis biglandulosis. *Jacq. amer.* 35.
alba. 2. P. fol. lanceolatis reuolutis, pedunculis superne tuberosis. *Jacq. amer. t.* 174.
obtusa. 3. P. fol. lanceolatis petiolatis obtusis.

297. CAMERARIA. Contorta. Folliculi 2, horizontales. Sem. membranae propriae inserta.

308.

latifolia. 1. C. fol. ovatis utrinque acutis transverse striatis.
Jacq. amer. 37. t. 182. f. 86.
angustif. 2. C. fol. linearibus.

298. TABERNEMONTANA. Contorta. Folliculi 2, horizontales. Sem. pulpaе immersa.

308.

citrifol. 1. T. fol. oppositis ovatis, flor. lateralibus glomerato-umbellatis.
laurifol. 2. T. fol. oppositis ovalibus obtusiusculis.
grandiflora. 5. T. fol. oppositis, caul. dichotomo, calyc. inaequalibus laxissimis. *Mant. 53.*
cymosa. 6. T. fol. oppositis, flor. cymosis. *Mant. 53.*
alternif. 3. T. fol. alternis, caul. arborecente.
Amsonia. 4. T. fol. alternis, caul. subherbaceis. Apocynum virginianum, asclepiadis folio, floribus pallide caeruleis, radice crassa. *Pluk. phyt. t. 115. f. 3.*

299. CEROPEGIA. Contorta. Folliculi 2, erecti. Semina pluinosa. Corollae limbus connuens.

309.

cardelab. 1. C. umbellis pendulis, flor. erectis.
biflora. 2. C. pedunculis bifloris.

DIGYNIA.

1253. PERGVLARIA. Contorta. Nectarium ambiens genitalia cuspidibus 5 sagittatis. Cor. hypocrateriformis.

glabra. 1. P. fol. ovatis glabris. *Mant. 53.*
tomentosa. 2. P. fol. cordatis tomentosis. *Mant. 53.*

300. PERIPLOCA. Contorta. *Nectarium* ambiens
309. genitalia, filamenta 5 exsertens.

- graeca.* 1. P. flor. interne hirsutis.
indica. 2. P. spicis imbricatis.
africana. 3. P. caule hirsuto.
tenuifol. 4. P. fol. lineari-lanceolatis.

301. CYNANCHVM. Contorta. *Nectarium* cylindricum, 5-dentatum.
310.

- acutum.* 1. C. caule volubili herbaceo, fol. cordato-oblongis glabris.
planifolium. 6. C. caule volubili, fol. cordatis glabris, subtus tomentosus pedunc. subracemosus.
racemosum. 7. C. caule volubili, fol. cordatis glabris acutis, racemis simplicibus.
maritimum. 8. C. caule volubili, fol. cordatis hirsutis subtus tomentosus, pedunc. aggregatis. *Mant.* 54.
suberosum. 2. C. caule volubili inferne suberoso fissio, fol. cordatis acuminatis.
hirtum. 3. C. caule volubili fruticoso inferne suberoso fissio; fol. ovato-cordatis.
monspeliacum. 4. C. caule volubili herbaceo: fol. reniformi-cordatis acutis.
umbellatum. 9. C. caule volubili, fol. lanceolato-ouatis glabris, umbellis globosis. *Mant.* 54.
erectum. 5. C. caule erecto diuaticato, fol. cordatis glabris.

302. APOCYNVM. Cor. campanulata. *Filamenta*
311. 5, cum staminibus alterna.

- androsacmifol.* 1. A. caule rectiusculo herbaceo, fol. ovatis vtrinque glabris, cymis terminalibus. *Dod. mem.* 39. t. 59.
carnaticum. 2. A. caule rectiusculo herbaceo, fol. oblongis, panic. terminalibus.
venetum. 3. A. caule rectiusculo herbaceo, fol. ovato-lanceolatis.
frutesc. 4. A. caule erecto frutescente, fol. lanceolato-oualibus, corollis acutis: fauce villosis.

reticulatum. 5. A. caul. volubili perenni, fol. ovatis venosis. Olu-
crudum. *Rumph. amb. 5. p. 75. t. 40.*

303. ASCLEPIAS. Contorta. *Nectararia* 5, ovata, con-
312. caua, corniculum exferentia.

* *Foliis oppositis planis.*

- undulata.* 1. A. fol. sessilibus oblongis lanceolatis undulatis, pe-
talis ciliatis.
- gigantea.* 2. A. fol. amplexicaulibus oblongo-ovalibus. *Zia-raek.*
Brun. it. 315. t. 184. Jacq. obs. 3. t. 69.
- syriaca.* 4. A. fol. ovalibus subustomentosis, caule simplicissimo,
umbellis nutantibus.
- amoena.* 6. A. fol. ovatis subtus pilosiusculis, caule simplici,
umbell. nectariisque erectis.
- purpura-* 5. A. fol. ovatis subtus villosis, caule simplici, um-
scens. bell. erectis, nectariis resupinatis.
- variegata.* 3. A. fol. ovatis rugosis nudis, caule simplici, umbell.
subsessilibus: pedicellis tomentosis.
- curassa-* 9. A. fol. lanceolatis glabris nitidis, caule simplici, um-
uica. bell. erectis solitariis lateralibus. *Foliculi ad la-*
tera denticulati. Simillima A. niueae.
- niuea.* 7. A. fol. ovato-lanceolatis glabriusculis, caule simpli-
ci, umbell. erectis lateralibus solitariis. *Corollae*
virides nectariis niueis. Differt. ab A. curassauica fo-
liis minime nitidis parumque scabris, sed basi magis
rotundatis, nec perfecte lanceolatis.
- incarnat.* 8. A. fol. lanceolatis, caule superne diuiso, umbell.
erectis geminis.
- decumb-* 10. A. fol. villosis, caule decumbente.
- lactifera.* 11. A. fol. ovatis, caule erecto, umbell. proliferis bre-
uissimis.
- Vinceto-* 12. A. fol. ovatis basi barbatis, caule erecto, umbell.
xicum. proliferis.
- nigra.* 13. A. fol. ovatis basi barbatis, caule superne subuo-
lubili.

* * *Foliis lateribus reuolutis.*

- fruticosa.* 14. A. fol. reuolutis lanceolatis, caule fruticoso.
B. crassifolia huius affinis, soror aut filia, conuenit caule fruticoso, foliis reuolutis, folliculis dentatis; differt latitudine foliorum et hirsutie; ex priori ortam arguit structura.
- undulata.* 19. A. fol. reuoluto-repandis pilosis. Apocynum erectum africanum subhirsutum, fol. undulatis.
Herm. par. 25. Comm. rar. 17. t. 17.
- sibirica.* 15. A. fol. reuolutis lineari-lanceolatis oppositis ternisque, caule decumbente.
- verticill.* 16. A. fol. reuolutis linearibus verticillatis, caule erecto.

* * * *Foliis alternis.*

- tubra.* 17. A. fol. alternis ouatis, umbellis ex eodem pedunculo communi pluribus.
- tuberosa.* 18. A. fol. alternis lanceolatis, caule diuaricato piloso.

304. STAPELIA. Contorta. Nectarium duplici stellula tegente genitalia.
316.

- variegat.* 1. S. denticulis ramorum patentibus.
- hirsuta.* 2. S. denticulis ramorum erectis. *Mill. ic. 258.*

305. HERNIARIA. Cal. 5-partitus. Cor. o. Stamina 5-sterilia. Caps. 1-sperma.
317.

- glabra.* 1. H. glabra.
- hirsuta.* 2. H. hirsuta.
- fruticosa.* 3. H. caulibus fruticosis, flor. quadrifidis. *Cent. 21. Loefl. hisp. 128.*
- lenticul.* 4. H. quae Polygonum lenticulatum. *Obscura.*

306. CHENOPODIUM. Cal. 5-phyllus, 5-gonus.
318. Cor. o. Sem. 1-lenticulare, superum.* *Foliis angulosis.*

- Bon. Henr. 1.* C. fol. triangulari-sagittatis integerrimis, spic. compositis aphyllis axillaribus.

- vrbicum.* 2. C. fol. triangularibus subdentatis, racem. confertis strictissimis cauli approximatis longissimis.
- rubrum.* 3. C. fol. cordato-triangularibus obtusiusculis dentatis, racem. erectis compositis subfoliosis caule brevioribus.
- murale.* 4. C. fol. ovatis nitidis dentatis acutis, racem. ramosis nudis.
- serotinum.* 5. C. fol. deltoideis sinuato-dentatis rugosis glabris uniformibus, racemis terminalibus.
- album.* 6. C. fol. rhomboideo-triangularibus erosis postice integris: summis oblongis, racem. erectis.
- viride.* 7. C. fol. rhomboideis dentato-sinuatis, racem. ramosis subfoliatis.
- hybridum.* 8. C. fol. cordatis angulato-acuminatis, racem. ramosis nudis.
- Botrys.* 9. C. fol. oblongis sinuatis, racem. nudis multifidis.
- ambros.* 10. C. fol. lanceolatis dentatis, racem. foliatis simplicibus.
- multifidum.* 11. C. fol. multifidis: segmentis linearibus, flor. axillaribus sessilibus.
- anthelmintic.* 12. C. fol. ovato-oblongis dentatis, racem. aphyllis.
- glaucum.* 13. C. fol. ovato-oblongis repandis, racem. nudis simplicibus glomeratis.

• • *Foliis integris.*

- Vulvaria.* 14. C. fol. integerrimis rhomboideo-ovatis, flor. conglomeratis axillaribus.
- polyspermum.* 15. C. fol. integerrimis ovatis, caule decumbente, cymis dichotomis aphyllis axillaribus.
- Scoparia.* 16. C. fol. lineari-lanceolatis planis integerrimis.
- maritim.* 17. C. fol. subulatis semicylindricis.
- aristatum.* 18. C. fol. lanceolatis subcarnosis integerrimis, corymbis dichotomis: aristatis axillaribus.

307. BETA, *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Sem.* reniforme, intra substantiam baseos calycis.

322.

- vulgaris.* 2. B. flor. congestis: *Calycis foliola basi dentata.*
- Cicla.* 3. B. flor. ternis. *Calycis foliola basi inermia. Synonyma ad Betam vulgarem §7. Cicla: huius sunt.*

maritima. 1. *B.* flor. geminis. Differt a *B. vulgari*; quod primo anno floreat; quod folia obliqua s. verticalia, quod Calycis foliola, sua carina aequalia, nec unidentata.

308. **SALSOLA.** Cal. 5-phyllus. Cor. o. Caps. 1-sperma. Sem. cochleatum.

322.

- Kali*. 1. *S.* herbacea decumbens, fol. subulatis spinosis scabris, calycibus marginatis axillaribus.
- Tragus*. 2. *S.* herbacea erecta, fol. subulatis spinosis laevibus, calycibus ovatis.
- rosacea*. 3. *S.* herbacea, fol. subulatis mucronatis, calycibus explanatis.
- Soda*. 6. *S.* herbacea patula, fol. inermibus.
- sativa*. 7. *S.* herbacea diffusa, fol. teretibus glabris, flor. conglomeratis.
- altissima*. 10. *S.* herbacea erecta ramosissima, fol. filiformibus acutiusculis basi pedunculiferis. Pedunculi 3-flori, lateralibus ad basin intermediis enatis.
- salsa*. 9. *S.* herbacea erectiuscula, fol. linearibus subcarnosis muticis, calyc. succulentis diaphanis. Caules herbacei, pedales, paniculati, laeves, purpurascens, substriati. Folia supra plana. Flores axillares, sessiles, terni. Calycis foliola maxime fornicata, convexa, clausa, in fructu hyalina. Styli 3, apice bifidi.
- hirsuta*. 8. *S.* herbacea diffusa, fol. teretibus obtusis tomentosis.
- polyclo-* 12. *S.* sublignosa diffusa, fol. oblongis, calyc. marginatis glomeratis coloratis. *Mant.* 54.
nos.
- prostrata*. 3. *S.* frutescens, fol. linearibus pilosis inermibus.
- vermicul.* 4. *S.* frutescens, fol. ovatis acutis carnosis.
- fruticosa*. 11. *S.* fruticosa erecta, fol. filiformibus obtusiusculis.
- muricata*. 13. *S.* fruticosa patula, ramulis hirsutis, calyc. spinosis
Mant. 54.

309. **ANABASIS.** Cal. 3-phyllus. Cor. 5-petala. Bacca 1-sperma, calyce cincta.

324.

- aphylla*. 1. *A.* aphylla, articulis emarginatis.

- foliosa.* 2. *A.* foliis subclauatis.
tamarisc. 1. *A.* foliis subulatis, pericarpis exsuccis.

310. **CRESSA.** *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* hypocrateriformis. *Filamenta* tubo infidentia. *Caps.* 2-valuis, 1-sperma.

325.

eretica. 1. **CRESSA.**

1254. **STERIS.** *Cal.* 5-partitus. *Cor.* rotata. *Bacca* 1-locularis, polysperma.

iauana. 1. **STERIS.** *Mant.* 54. *Facies Capsici minoris.*

311. **GOMPHRENA.** *Cal.* coloratus: exterior 3-phyllus: foliol. 2 conniventibus carinatis. *Nectarium* cylindricum, 10-dentatum. *Caps.* 1-sperma.

326.

- globosa.* 1. *G.* caule erecto, fol. ovato-lanceolatis, capitul. solitariis, pedunc. diphyllis. *Rumph. amb.* 5. t. 100.
perennis. 2. *G.* fol. lanceolatis, capitul. diphyllis, flosculis perianthio proprio distinctis.
hispida. 3. *G.* caul. erecto, capitul. diphyllis fol. crenatis.
brasiliensis. 4. *G.* fol. ovato-oblongis, caule erecto, capitul. pedunculatis globosis aphyllis.
ferrata. 5. *G.* caule erecto brachiato, capitul. solitariis terminalibus sessilibus, calycibus ferratis.
interrupt. 6. *G.* caule erecto, spica interrupta.
flava. 7. *G.* pedunc. oppositis bifidis tricapitatis, capitulo intermedio sessili.

312. **BOSEA.** *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Bacca* 1-sperma.

326.

- yeruam-* 1. **BOSEA.** Arbuscula baccifera canariensis, *syringae caeruleae* foliis. *Pluk. alm.* 42.

313. **VLMVS.** *Cal.* 5-fidus. *Cor.* o. *Bacca* exsucca,
327. compresso-membranacea.

campestr. 1. *U.* fol. duplicato-ferratis: basi inaequalibus.
americana. 2. *U.* fol. aequaliter ferratis: basi inaequalibus.
pumila. 3. *U.* fol. aequaliter ferratis: basi aequalibus.

314. **NAMA.** *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-partita. *Caps.*
327. 1-locularis, 2-valuis.

zeylanic. 1. *N.* caule erecto glabro, fol. linearibus, flor. race-
mosis.
jamaic. 2. *N.* caul. decumbente, fol. ouatis, flor. solitariis.

315. **HYDROLEA.** *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* rotata *Fi-*
328. *lament.* basi cordata. *Caps.* 2-
locularis, 2-valuis.

spinosa. 1. **HYDROLEA.**

316. **SCHREBERA.** *Cal.* 5-partitus. *Cor.* infundi-
1662. bulif. *Filament.* in fauce co-
rollae squamis totidem ba-
seos.

schinoides. 1. **SCHREBERA.** *Sp. pl.* 1662.

317. **HEVCHERA.** *Petala* 5. *Caps.* 2-rostris, 2-
328. locularis.

americana. 1. **HEVCHERA.**

447. **VELEZIA.** *Cor.* 5-petala, parua. *Cal.* filifor-
474. mis, 5-dentatus. *Caps.* 1-locu-
laris. *Sem.* plurima serie sim-
plici.

rigida. 1. **VELEZIA.** *Caulis* ramosissimus. *Calyces* sessiles, cylin-
drici, angustissimi. *Petalorum* limbus minimus, ad
basin notatus lunula purpurea, ut in *Caryophyllaeis*.
Stamina saepe 6, sed naturalis status 5, vti postero-
res observationes demonstrarunt.

318. SWERTIA. *Cor.* rotata. *Nectariferi* pori ad
 328. basin laciniarum corollae. *Caps.*
 1-locularis, 2-valuis.

- perennis.* 1. *S.* corollis quinquefidis, fol. radicalibus ovalibus.
difformis. 2. *S.* coroll. quinquefidis : terminali sexfida, pedunc.
 longissimis, fol. linearibus.
rotata. 3. *S.* coroll. quinquefidis, fol. lanceolato-linearibus.
Etiā in Islandia.
cornicul. 4. *S.* coroll. quadrifidis quadricornibus.
dichotom. 5. *S.* coroll. quadrifidis ecornibus.

319. GENTIANA. *Cor.* monopetala. *Caps.* 2-val-
 329. uis, 1-locularis. *Receptaculis*
 2-longitudinalibus.

* *Corollis quinquefidis subcampaniformibus.*

- lutea.* 1. *G.* coroll. subquinquefidis rotatis verticillatis, ca-
 lyc. spathaceis. *Petala punctis sparsis flava; se-*
quentibus duabus nimis affinis.
purpur. 2. *G.* coroll. subquinquefidis campanulatis verticilla-
 tis, calyc. subspathaceis. *Petala punctis secundum*
lineas, purpurea.
punctata. 3. *G.* corollis subquinquefidis campanulatis punctatis,
 calyc. quinquedentatis. *Petala punctis sparsis, pur-*
purea. Jacq. obs. p. 2. t. 39.
asclepi- 4. *G.* coroll. quinquefidis campanulatis oppositis sessi-
dea. libus, fol. amplexicaulibus.
Pneumo- 5. *G.* coroll. quinquefidis campanulatis oppositis pe-
nanthe. dunculatis, fol. linearibus.
Sapona- 6. *G.* coroll. quinquefidis campanulatis ventricosis ver-
ria. ticillatis, fol. trineruiis.
villosa. 7. *G.* coroll. quinquefidis campanulatis ventricosis,
 fol. villosis.
acaulis. 8. *G.* coroll. quinquefida campanulata caulem exce-
 dente.
exaltata. 9. *G.* coroll. quinquefidis coronatis crenatis, pedunc.
 longissimo dichotomo terminali.

** *Corollis quinquefidis infundibuliformibus.*

- verna.* 10. *G.* corolla quinquefida infundibuliformi caulem ex-
 cedente, fol. radicalibus confertis maioribus.

- pyrenaica*. 29. *G.* corolla decemfida infundibuliformi aequali: laciniis exterioribus rudioribus. *Mant.* 55.
- pumila*. *G.* corolla quinquefida infundibuliformi subserrata, fol. lanceolato-linearibus. *Jacq. vind.* 215.
- bavarica*. 11. *G.* corolla quinquefida infundibuliformi ferrata, fol. ovatis obtusis. *Jacq. obs.* 2. t. 71.
- aurea*. 12. *G.* coroll. quinquefidis infundibuliformibus acuminatissimis: fauce imberbi muticaque, ramis oppositis.
- niualis*. 13. *G.* coroll. quinquefidis infundibuliformibus, ram. unifloris alternis. *Jacq. vind.* 215. *
- aquatica*. 14. *G.* coroll. quinquefidis infundibuliformibus terminalibus sessilibus, fol. margine membranaceis.
- atricolor*. 15. *G.* coroll. quinquefidis hypocrateriformibus, calyc. plicato-carinatis.
- exacoides*. 16. *G.* coroll. quinquefidis hypocrateriformibus, calyc. membranaceo-carinatis, caul. dichotomo, fol. cordatis.
- Centaurium*. 17. *G.* coroll. quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo, pistilo simplici β . *Gentiana* corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule brevissimo ramosissimo. *Ger. prou.* 311.
- maritima*. 30. *G.* coroll. quinquefidis infundibuliformibus, styis geminis, caule dichotomo paucifloro. *Mant.* 55.
- spicata*. 15. *G.* coroll. quinquefidis infundibuliformibus, flor. alternis sessilibus.
- verticillata*. *B.* *G.* coroll. quinquefidis infundibuliformibus, dor. verticillatis, caule simplicissimo. *Planta indiae orientalis vix diuersa. Radix perennis. Caules plures, palmares, articulati. Folia lanceolata. Flores verticillati, sessiles, lutei: limbo 5-fido, acuto. Nectarium e squama subrotunda basi singuli filamenti, intra tubum corollae annexa. Stylus stigmatibus capitato. Capsula semibilocularis.*
- quinquefolia*. 16. *G.* coroll. quinquefidis infundibuliformibus, caule acutangulo, fol. ovatis amplexicaulibus.
- Amarell.* 17. *G.* coroll. quinquefidis hypocrateriformibus fauce barbatis.

* * * *Corollis non quinquefidis.*

- campestris*. 18. *G.* coroll. quadrifidis fauce barbatis. *Gentianella alpina unicaulis, bellidis folio. Bocc. mus.* 114. t. 101.

- ciliata.* 19. G. coroll. quadrifidis margine ciliatis.
Cruciata. 20. G. coroll. quadrifidis imberbibus, flor. verticilla-
tis sessilibus.
sessilis. 21. G. coroll. quadrifidis floribus acaulibus, fol. ovatis.
fili ormis. 22. G. coroll. quadrifidis imberbibus, caule dichotomo
filiformi.

320. PHYLLIS. *Stigmata* hispida. *Fruclif* sparsae.
335.

Nobla 1. P. stipulis dentatis.

* UMBELLATAE.

321. ERYNGIUM. *Flores* capitati. *Receptaculo* pa-
336. laceo.

foetidum. 1. E. fol. radicalibus lanceolatis serratis, floralibus
multifidis, caule dichotomo. Radix *annua* s. *bien-*
nis. Folia radicalia *obtusiuscula* : *serraturis spinosis*,
innocuis. Caulis *pedalis*, *viridis*, *subangulatus*, *di-*
chotomus, *patens* : *ramis ultimis flexuosis.* Folia
Ramea opposita, *amplexicaulia*, *cuneata*, *subconnata*,
margine dentata, *semitrifida laciniis lanceolatis.*
angulis omnibus terminatis spina purpureascente. Pe-
dunculus *e dichotomiis*, *rectus*, *articulis brevior*,
triangulus, *lateribus striatis.* Involucra *subhexaphyl-*
la, *horizontalia*, *flore longiora* : *foliis lanceolatis*,
nervosis, *spinosis apice et una alteraque serratura.* Re-
ceptaculum *commune cylindricum* ; *unde flos cylin-*
dricus. *Flosculorum Calyx 5 dentatus*, *longitudine*
corollulae. Petala 5, *exalbida*, *involuta.* Filamen-
ta *capillaria*, *petalis duplo longiora*, *libera.* Anthe-
rae *testaceae.* Stylus *bipartitus*, *persistens.* Semina
tecta undique punctis haemisphaericis. Paleae *linea-*
res, *acutae*, *longitudine flosculorum.* Odor *totius*
eximie teter.

- aquaticum.* 2. E. fol. gladiatis serrato-spinosis : floralibus indivisis.
planum. 3. E. fol. radicalibus ovalibus planis crenatis, capitul.
pedunculatis.
pusillum. 4. E. fol. radicalibus oblongis incisissimis, caule dichoto-
mo, capitul. sessilibus.

- tricuspidatum.* 7. E. fol. radicalibus cordatis, caulinis palmatis auriculis retroflexis, paleis tricuspidatis.
- maritimum.* 5. E. fol. radicalibus subrotundis plicatis spinosis, capitul. pedunculatis, paleis tricuspidatis.
- alpinum.* 6. E. fol. radicalibus cordatis oblongis; caulinis pinnatifidis, capitul. subcylindrico.
- campestre.* 8. E. fol. radicalibus amplexicaulibus pinnato-lanceolatis. *Involucra subulata capitulo longiora. Gouan.*
- amethyst.* 9. E. fol. radicalibus trifidis basi subpinnatis. *Involucra lanceolata, capitulo longiora. Gouan.*

322. HYDROCOTYLAE. *Vmbella simplex: Involucro 4-phyllo. Petala integra. Sem. semiorbiculato - compressa.*

338.

- vulgaris.* 1. H. fol. peltatis, umbell. quinquefloris.
- umbellat.* 2. H. fol. peltatis, umbell. multifloris.
- americana.* 3. H. fol. reniformibus sublobatis crenatis. *Et in Ind. orient.*
- asiatica.* 4. H. fol. reniformibus aequaliter crenatis. *Et in Jamaica.*
- chinensis.* 5. H. fol. linearibus, umbell. multifloris.

323. SANICVLA. *Vmbellae confertae, subcapitatae. Fructus scaber. Flores disci abortientes.*

339.

- europaea.* 1. S. fol. radicalibus simplicibus, flosculis omnibus sessilibus.
- canadensis.* 2. S. fol. radicalibus compositis: foliolis ovatis.
- mariland.* 3. S. flosculis masculis pedunculatis: hermaphroditis sessilibus.

324. ASTRANTIA. *Involucra partialia lanceolata, patentia, aequalia, longiora, colorata. Flores plurimi abortientes.*
339.

maior. 1. A. fol. quinquelobis; lobis trifidis.
minor. 2. A. fol. digitatis ferratis.

325. BUPLEVRVM. *Involucra umbellulae maiora, 5-phylla. Pet. inuoluta. Fructus subrotundus, compressus, striatus.*
340.

* *Herbacea.*

- rotundif.* 1. B. involucris vniuersalibus nullis, fol. perfoliatis.
stellatum. 2. B. involucellis coadunatis: vniuersali triphylo. *Involucella octofida. Hall. emend. 120.**
petraeum. 3. B. involucellis coadunatis: vniuersali pentaphyllo.
angulosum. 4. B. involucellis pentaphyllis orbiculatis: vniuersali triphylo ouato, fol. amplexicaulibus cordato-lanceolatis.
longifolium. 5. B. involucellis pentaphyllis ouatis: vniuersali subpentaphyllo, fol. amplexicaulibus.
falcatum. 6. B. involucellis pentaphyllis acutis: vniuersali subpentaphyllo, fol. lanceolatis, caule flexuoso. *Caulis purpurascens, totus paniculatus. Umbellae saturate luteae. Umbellulae saepius 7.*
odontites. 7. B. involucellis pentaphyllis acutis: vniuersali triphylo, flosculo centrali altiore, ramis diuaticatis.
semicompositum. 8. B. umbellis compositis simulque simplicibus.
ranunculoides. 9. B. involucellis pentaphyllis lanceolatis longioribus: vniuersali triphylo, fol. caulinis lanceolatis.
rigidum. 10. B. caule dichotomo subnudo, involucris minimis acutis. *Folia omnia lanceolata, neruosa, rigida, petiolata. Involucrum 3-phyllum, subulatum, brevissimum. Involucella setacea, breuia.*
seuissimum. 11. B. umbell. simplicibus alternis pentaphyllis subtrifloris. *Involucrum 3-phyllum, breue. Involucella setacea, breuia.*

iunceum. 12. B. caul. erecto paniculato. fol. linearibus, inuolucris triphyllis, inuolucellis pentaphyllis. Bupleurum inuolucris et inuolucellis pentaphyllis, fol. lineari-subulatis. *Ger. prou. 233. t. 9.*

• • *Frutescentia.*

villosum. 13. B. frutescens, fol. amplexicaulibus dentatis subtus villosis.

fruticos. 14. B. frutescens, fol. obouatis integerrimis.

frutice- B. B. frutescens, fol. linearibus, inuolucro vniuersali
scens. partialibusque.

difforme. 15. B. frutescens, fol. vernalibus decompositis planis incis: aestiualibus filiformibus angulatis trifidis.

326. ECHINOPHORA. *Flores laterales masculi; centrali hermaphrodito Sem. 1, inuolucello immersum.*

344.

spinosa. 1. E. foliolis subulato-spinosis integerrimis. *Turr. far-*

tenuifol. 2. E. foliolis incis inermibus.

- sarniensis.* 7. A. spatha multiflora, coroll. reuolutis, genitalibus erectis.
- longifolia.* 9. A. spatha multiflora, coroll. campanulatis aequalibus, genitalibus declinatis, scapo compresso longitudine vmbellae.
- orientalis.* 10. A. spatha multiflora, coroll. inaequalibus, foliis linguiformibus.
- guttata.* 11. A. spatha multiflora, fol. ciliatis.

403. **BVLBOCODIVM.** Cor. infundibulif. hexapetala: vnguibus angustis staminiferis. Caps. supera.

422.

vernum. 1. B. foliis lanceolatis.

404. **APHYLLANTHES.** Cor. hexapetala Filamenta fauci corollae inferta. Caps. supera. Glumae calycinae uniuales imbricatae.

422.

monspel. 1. APHYLLANTHES.

405. **ALLIVM,** Cor. 6-partita, patens. Spatha multiflora. Vmbella congesta. Caps. supera.

423.

* Fol. caulina plana. Vmbell. capsulifera.

Ampeloprasum. 1. A. caule planifolio vmbellifero, vmbella globosa, stamin. tricuspидatis, petal. carina scabris.

Por-

- Porrum.* 2. A. caule planifolio umbellifero, stamin. tricuspida-
tis, radice tunicata.
- lineare.* 3. A. caule planifolio umbellifero, umbell. globosa,
stam. tricuspидatis corolla duplo longioribus.
- rotundum.* 4. A. caule planifolio umbellifero, stamin. tricuspida-
tis, umbella subglobosa, flor. lateralibus nutan-
tibus.
- Victoria-* 5. A. caule planifolio umbellifero, umbell. rotundata,
lis. stamin. lanceolatis corolla longioribus, fol. elli-
pticis.
- subhirsu-* 6. A. caule planifolio umbellifero, fol. inferioribus
tum. hirsutis, stamin. subulatis. *Osbeck. it. 49.*
- magicum.* 7. A. caule planifolio umbellifero, ramulo bulbifero,
stamin. simplicibus.
- obliquum.* 8. A. caule planifolio umbellifero, stamin. filiformibus
flore triplo longioribus, fol. obliquis.
- ramosum.* 9. A. caule planifolio umbellifero, stamin. subulatis
longioribus, umbella globosa, fol. linearibus
subconvexis.
- roseum.* 33. A. caule planifolio umbellifero, umbella fastigiata,
petal. emarginatis, stamin. brevissimis simplici-
bus. Allium caule planifolio umbellifero, um-
bella fastigiata, filamentis simplicibus basi dilata-
tis. *Ger. prou. 150. * Gouan, monsp. 166.*

* * *Fol. caulin. plana. Umbella bulbifera.*

- sativum.* 10. A. caule planifolio bulbifero, bulbo composito,
stamin. tricuspидatis.
- scorodo-* 11. A. caule planifolio bulbifero, fol. crenulatis: vagi-
prasum. nis ancipitibus, stamin. tricuspидatis.
- arena-* 12. A. caule planifolio bulbifero, vaginis teretibus,
rium. spatha mutica, stamin. tricuspидatis.
- carinat.* 13. A. caule planifolio bulbifero, stamin. subulatis.

* * * *Folia caulina teretia. Umbella capsulifera.*

- sphaeroce-* 14. A. caule teretifolio umbellifero, fol. semitereti-
phalon. bus, stamin. tricuspидatis corolla longioribus.
- parviflo-* 15. A. caule subteretifolio umbellifero, umbell. globo-
rum. sa, stamin. simplicibus corolla longioribus, spa-
tha subulata.
- descen-* 16. A. caule subteretifolio umbellifero, pedunc. exte-
dens. rioribus brevioribus, stamin. tricuspидatis.

- moschatum.* 17. A. caule teretifolio umbellifero, umbella fastigiata subsexflora, petal. acutis, stamin. simplicibus, fol. setaceis.
- flavum.* 19. A. caule teretifolio umbellifero, flor. pendulis, petal. ovatis, stamin. corolla longioribus. *Varietas 18. Gouan. Gerard.*
- pallens.* 18. A. caule subteretifolio umbellifero, flor. pendulis truncatis, stamin. simplicibus corollam aequantibus. Allium montanum bicorne, flore obsoletiore. *Bauh. pin 75.*
- paniculatum.* 20. A. caule subteretifolio umbellifero, pedunc. capillaribus effusis, stamin. subulatis, spatha longissima. *Cum praecedente coniungit Gerard.*
- vineale.* 21. A. caule teretifolio bulbifero, stamin. tricuspидatis.
- oleraceum.* 22. A. caule teretifolio bulbifero, fol. scabris semiteretibus subtus sulcatis, stamin. simplicibus.

• • • • *Folia radicalia. Scapus nudus.*

- nutans.* 23. A. scapo nudo ancipiti, fol. linearibus planis, stamin. tricuspидatis.
- ascalonicum.* 24. A. scapo nudo tereti, fol. subulatis, umbella globosa, stamin. tricuspидatis.
- senescens.* 25. A. scapo nudo ancipiti, fol. linearibus subtus concavis laevibus, umbella subrotunda, stamin. subulatis.
- angulosum.* 27. A. scapo nudo ancipiti, fol. linearibus canaliculatis subtus subangulatis, umbella fastigiata.
- odorum.* 38. A. scapo nudo teretiusculo, fol. linearibus canaliculatis subtus angulatis, umbella fastigiata. *Mant. 62.*
- nigrum.* 26. A. scapo nudo tereti, fol. linearibus umbella erecta, petalis erectis, spatha mucronata bifida. *Folia radicalia, plana, quaterna, lanceolato-linearia. Gouan.*
- canadense.* 28. A. scapo nudo tereti, fol. linearibus, capitulo bulbifero. Allium bulbiferum virginianum. *Boerh. lugdb. 2. p, 146.*
- versinum.* 29. A. scapo nudo semicylindrico, fol. lanceolatis petiolatis, umbella fastigiata.
- triquetrum.* 30. A. scapo nudo, foliisque triquetris, stamin. simplicibus. *Sp. plant. 1680.*

- Cepa*. 31. A. scapo nudo inferne ventricoso longiore foliis teretibus.
- Moly*. 32. A. scapo nudo subcylindrico, fol. lanceolatis sessilibus, umbella fastigiata.
- fistulosum*. 34. A. scapo nudo adaequante folia teretia ventricosa.
- Schoenoprasum*. 35. A. scapo nudo adaequante folia teretia subulato-filiformia.
- tenuissimum*. 36. A. scapo nudo tereti inani, fol. subulatis filiformibus, capitul. laxis paucifloris.
- Chamaemoly*. 37. A. scapo nudo subnullo, caps. cernuis, fol. planis ciliatis.

406. LILIVM, *Cor.* 6-petala, campanulata: *linea* longitudinali nectarifera. *Caps.* valuulis pilo cancellato connexis.

433.

- candidum*. 1. L. fol. sparsis, coroll. campanulatis: intus glabris.
- bulbifer*. 2. L. fol. sparsis, coroll. campanulatis erectis: intus scabris.
- pomponium*. 3. L. fol. sparsis subulatis, flor. reflexis, coroll. reuolutis.
- chalcedonicum*. 4. L. fol. sparsis lanceolatis, flor. reflexis, coroll. reuolutis.
- superbum*. 5. L. fol. sparsis lanceolatis, flor. reflexis ramoso-pyramidatis, coroll. reuolutis.
- Martag.* 6. L. fol. verticillatis, flor. reflexis, coroll. reuolutis.
- canadens.* 7. L. fol. verticillatis, flor. reflexis, coroll. campanulatis.
- camescense*. 9. L. fol. verticillatis, flor. erecto, coroll. campanulata, petalis sessilibus.
- philadelphicum*. 8. L. fol. verticillatis, flor. erectis, coroll. campanulata, petalis unguiculatis. *Catesb. carol.* 2. p. 58. t. 58.

407. FRITILLARIA. *Cor.* 6-petal. campanulata, supra unguem cavitate nectarifera. *Stam.* longitudine corollae.

435.

- imperial.* 1. F. racemo comoso inferne nudo, fol. integerrimis.
- regia.* 2. F. racemo comoso inferne nudo, fol. crenatis.

per si.

- persica.* 3. F. racemò nudiusculo, fol. obliquis.
pyrenaic. 4. F. fol. infrais oppositis, floribus nonnullis folio interiectis.
Meleagr. 5. F. fol. omnibus alternis, caule vnifloro.

408. UVULARIA, Cor. 6-petala, erecta: *Nectarii*
 436. fouea baseos petali, *Filamenta*
 breuissima.

- amplexif.* 1. V. fol. amplexicaulibus.
perfoliat. 2. V. fol. perfoliatis.
sessilifol. 3. V. fol. sessilibus.

409. GLORIOSA. Cor. 6-petala, undulata, reflexa.
 437. *Stylus* obliquus.

- superba.* 1. G. fol. cirriferis.
simplex. 2. G. fol. acuminatis. *Mant.* 62. f.

410. ERYTHRIONIVM. Cor. 6-petala, campanu-
 437. lata: *Nectario* tuberculis
 2 petalorum alternorum
 basi adnatis.

Dens can. 1. ERYTHRIONIVM.

411. TULIPA. Cor. 6-petala, campanulata. *Sty-*
 438. *lus* nullus.

- syluestris.* 1. T. flore subnutante. fol. lanceolatis.
gesnerian. 2. T. flore erecto, fol. ouato-lanceolatis.
breynian. 3. T. caule multifloro polyphylio, fol. linearibus.

412. ALBVCA. Cor. 6-petala: interioribus difor-
 438. mibus. *Stam.* 6: tribus castratis.
Stigma cinctum cuspidibus tribus.

- maior.* 1. A. fol. lanceolatis.
minor. 2. A. fol. subulatis.

413. HYPOXIS, Cor. 6-partita, persistens, supera.
439. Caps. basi angustior. Cal. gluma
2-valuis.

- erecta.* 1. H. pilosa, caps. ovatis. *Folia Caricis s. Junci pilosi.*
Scapus foliis brevior, erectus, pilosus. Bracteae 2
subulatae erectae, inter quas flos. 1. s. 2, sessilis,
longitudine bractearum.
- decum-* 2. H. pilosa, caps. clauatis.
bens.
- fascicular.* 3. H. tubis florum longissimis.
- sessilis.* 4. H. pilosa acaulis, fructificationibus subradicalibus.

414. ORNITHOGALVM. Cor. 6-petala, erecta,
439. persistens, supra medi-
um patens. Filamenta
alterna basi dilatata.

* *Staminibus omnibus subulatis,*

- vniflorum.* O. scapo diphylo, pedunculo vnifloro, *Mant. 62.*
- luteum.* 1. O. scapo anguloso diphylo, pedunc. umbellatis sim-
plicibus.
- minim.* 2. O. scapo angulato diphylo, pedunc. umbellatis ra-
mosis.
- pyrenai-* 3. O. racemo longissimo, filamentis lanceolatis, pedunc.
cum. floriferis patentibus aequalibus; fructiferis scapo
approximatis.
- narbo-* 4. O. racemo oblongo, filam. lanceolatis membranaceis,
nenje. pedunc. floribusque patentibus. *Minus quam O-*
pyrenaicum.
- latifol.* 6. O. racemo longissimo, fol. lanceolato-ensiformibus.
- comosum.* 5. O. racemo brevissimo, bracteis lanceolatis longitu-
dine florum, petalis obtusis, filam. subulatis.
- pyramyd.* 7. O. racemo conico, floribus numerosis adscendentibus.

* * *Staminibus alternis emarginatis.*

- arabicum.* 8. O. flor. corymbosis, pedunc. scapo humilioribus,
filam. subemarginatis. *Bractae amplexicaules,*
cordatae.

- umbella.* 9. O. flor. corymbosis, pedunc. scapo altioribus, filamentum.
emarginatis.
nutans. 10. O. flor. secundis pendulis, nectario stamineo campaniformi.
capense. 11. O. fol. cordato-ouatis.

415. SCILLA. Cor. 6-petala. patens, decidua, Filamenta filiformia.
442.

- maritim.* 1. S. nudiflora, bracteis refractis.
Lil. hyac. 2. S. radice squamata.
italica. 3. S. corymbo conferto hemisphaerico.
peruvian. 4. S. corymbo conferto conico.
amaena. 5. S. flor. lateralibus alternis subnutantibus, scapo angulato. *Germen flavum.*
bifolia. 6. S. flor. erectiusculis paucioribus,
lusitanica. 9. S. racemo oblongo conico, petalis lineatis. *Hyacinthus stellaris caeruleus, staminibus e viridi luteis: Baub. pin. 46. Rudb. elys. 2. p. 34. f. 4. Habitat in Lusitania. Similis Sc. amoenae. Scapus teres. Racemus oblongus, subconicus, Foribus distantibus, petiolo fere brevioribus. Petala elliptica, obtusiuscula, sulcato lineata, patentia. Stamina petalis paulo breviora: Antheris flavis.*
hyacinthoides. 10. S. racemo longissimo, floribus pedunculo colorato brevioribus. *Gouan. Ornithogalum eriophorum orientale. Tournef. cor. Flores caerulei, numerosi, parvi. Pedicelli sparsi, filiformes, caerulei, floribus triplo longiores.*
autumnalis. 7. S. fol. filiformibus linearibus, flor. corymbosis, pedunc. nudis adscendentibus longitudine floris. *Corolla magnitudine pisi, longitudine pedicelli.*
unifolia. 8. S. folio teretiusculo latere subspicato.

416. CYANELLA. Cor. hexapetala: petalis 3 inferioribus propendentibus. *Stamen infimum declinatum, longius.*
443.

capensis. 1. CYANELLA.

417. ASPHODELVS. Cor. 6-partita. Nectarium
443. ex valuulis 6 germen te-
gmen-
tibus.

luteus. 1. A. caule folioso, fol. triquetris striatis.

fistulosus. 2. A. caule nudo, fol. strictis subulatis striatis subfistu-
losis.

ramosus. 3. A. caule nudo, fol. ensiformibus carinatis lacuibus.

418. ANTHERICVM. Cor. 6-petala, patens Caps.
444. ouata.

• Phalangium foliis canaliculatis. Filamentis glabris.

serotinum. 1. A. fol. planiusculis, scapo vnifloro.

graecum. 2. A. fol. planis, scapo simplici, flor. corymbosis.

reuolut. 3. A. fol. planis, scapo ramoso, coroll. reuolutis. Pha-
langium aethiopicum ramosum, floribus albis,
petalis reflexis. *Comm. hort. 1. p. 67. t. 34.*

ramosum. 4. A. fol. planis, scapo ramoso, coroll. planis, pistillo
recto.

Liliago. 5. A. fol. planis, scapo simplicissimo: coroll. planis,
pistilo declinato.

*Lilia-
strum.* 6. A. fol. planis, scapo simplicissimo, coroll. campanu-
latis, stamin. declinatis.

• • Bulbine foliis carnosis. Filamentis barbatis.

frutesc. 7. A. fol. carnosis teretibus, caule fruticoso.

aloo. des. 8. A. fol. carnosis subulatis planiusculis.

Asphodel. 9. A. fol. carnosis subulatis semiteribus strictis.

annum. 10. A. fol. carnosis subulatis teretiusculis, scapo subra-
cemoso.

hispidum. 11. A. fol. carnosis compressis hispidis.

• • • Narthecium foliis ensiformibus.

ossifragum. 8. A. fol. ensiformibus, filament. lanatis.

*calycula-
tum.* 9. A. fol. ensiformibus, perianthiis trilobis, filament.
glabris, flor. trigynis. Anthericum Pseudo Aspho-
delus. *Jacq. vind. 283.* *

419. LEONTICE. Cor. 6-petala. Nectarium 6-phyllum, unguibus corollae infidens, limbo patens. Cal. 6-phyllus, deciduus.

- 447.
- Chrysog.* 1. L. fol. pinnatis: petiolo communi simplici.
Leontop. 2. L. fol. decompositis: petiolo communi trifido.
Thalictr. 3. L. folio caulino triternato, florali biternato.
Leontopetaloid. 4. L. fol. simplicibus tripartito-multifidis, coroll. monopetalis calyculatis. *An huius generis?*

420. ASPARAGVS. Cor. 6-partita, erecta: petalis 3-bus interioribus apice reflexis. Bacca 3-ocularis: 2-sperma.

- officinalis.* 1. A. caule herbaceo tereti erecto, fol. setaceis, stipulis paribus,
declinat. 2. A. caule inermi tereti, ram. declinatis, fol. setaceis. *Similis A. officinali, sed altior. Folia pluribus, duploque longioribus. Caulis annuus. Stipulae solitariae, lanceolato subulatae, basi d. orsum mucrone membranaceo. Folia 7. s. 10., filiformia, patentia meas est e cap. b. sp.*
falcatus. 3. A. aculeis solitariis reuersis, ramis teretibus, foliis ensiformibus falcatis.
retrofractus. 4. A. aculeis solitariis, ram. teretibus reflexis retrofractisque, fol. setaceis fasciculatis. *Rami teretes, dichotomi dichotomiis verrucosis aculeo minuto nante.*
aethiopicus. 11. A. aculeis solitariis reuersis, ramis angulatis, fol. lanceolato-linearibus. *Mant. 63.*
asiaticus. 5. A. aculeis solitariis, caule erecto, ram. filiformibus, fol. fasciculatis setaceis.
alius. 6. A. aculeis solitariis, ram. angulatis flexuosis, fol. fasciculatis triquetris muticis deciduis. *Caulis albus. Spinae rectae patentes s. reflexae.*
ac. tifol. 7. A. caule inermi angulato fruticoso, fol. aciformibus rigidulis perennantibus mucronatis aequalibus. *Similis A. aphylo, sed Folia septena saepius, filo vix crassiora; at illi saepius terna triplo crassiora valdeque subulata.*

- aphyllus.* 8. A. caele inermi angulato fruticoso, fol. subulatis striatis inaequalibus diuergentibus,
- capensis.* 9. A. spinis quaternis, ramis aggregatis teretibus fol. setaceis. *Pluk. alm. t. 78. f. 3. melius.* Corruca africana, spinis breuibus aduncis. *Rai. suppl. 359. Radix tuberosa. Caules fruticosi, filiformes, flexuosi. Spinae 4, patentes, subrecuruae; acutissimae. Ramuli ex axillis spinarum filiformes, laxi, inermes, decidui, Foliolis setaceis, acutis, inermibus, breuibus. Rami, inter ramulos, solitarii, rigidi.*
- farmen-rosus.* 10. A. foliis solitariis lineari-lanceolatis, caule flexuoso, aculeis recuruis.
- verticillatus.* 11. A. fol. verticillatis. †

1256. DRACAENA, Cor. 6-partita, erecta. *Filam.* medio subcrassiora. *Bacca* 3-locularis, 1-sperma.

450.

- Draco.* 1. D. arborea, fol. subcarnosis apice spinoso. *Asparagus Draco. Sp. pl. 451.*
- ferrea.* 2. D. arborea, fol. lanceolatis acutis. *Conuallaria fruticosa. Syst. nat. 10. p. 984. Arbor ferrea. Osb. it. 251. habitat in China.*
- terminalis.* 3. D. herbacea caulescens, fol. lanceolatis. *Asparagus terminalis. Sp. plant. 450.*
- ensifolia.* 4. D. herbacea subcaulescens, fol. ensiformibus. *Mant. 63.*
- graminifolia.* 5. D. herbacea acaulis, fol. linearibus. *Asparagus graminifolius. Sp. plant. 450.*

421. CONVALLARIA. Cor. sexfida. *Bacca* maculosa, 3-locularis.

451.

* *Lilium conuallium T. corollis campanulatis.*

maialis. 1. C. scapo nudo.

* * *Polygonatum T. corollis infundibuliformibus.*

verticill. 2. C. foliis verticillatis.

Polygonatum. 3. C. fol. alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunc. axillaribus subunifloris.

multiflor. 4. C. fol. alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunc. axillaribus multifloris.

* * * Smilaces T. corollis rotatis.

racemosa. 5. C. fol. sessilibus, racemo terminali composito.

stellata. 6. C. fol. amplexicaulibus plurimis.

trifolia. 7. C. fol. amplexicaulibus ternis, racemo terminali simplici.

bifolia. 8. C. foliis cordatis, flor. tetrandris.

422. POLIANTHES. Cor. infundibuliform. incurva, aequalis. Filamenta corollae fauci inserta. Germen in fundo corollae.

superfa. I. POLIANTHES.

423. HYACINTHVS. Cor. campanulata: pori 3 melliferi *germinis.*

non script. 1. H. coroll. campanulatis sexpartitis apice reuolutis.

cernuus. 2. H. coroll. campanulatis sexpartitis, racemo cernuo. Corolla huic basi ventricosior, praecedenti vero minime.

serotinus. 3. H. petalis exterioribus subdistinctis, interioribus coadunatis.

viridis. 4. H. corollarum exterioribus laciniis subulatis longissimis. *Burmans.*

amethyst. 5. H. coroll. campanulatis semifexfidis: basi cylindricis.

orientalis. 6. H. coroll. infundibuliformibus semifexfidis: basi ventricosis.

Muscari. 7. H. coroll. ouatis; omnibus aequalibus.

monstros. 8. H. coroll. subouatis.

comosus. 9. H. coroll. angulato-cylindricis: summis sterilibus longius pedicellatis.

botryoides. 10. H. coroll. globosis vniformibus, fol. canaliculato-cylindricis strictis. *Flores inodori.*

racemos. 11. H. coroll. ouatis: summis sessilibus, fol. laxis. *Flores odori. Folia carinata.*

Orchoid. 12. H. coroll. sexpartitis : petalis tribus exterioribus breuioribus.

lanatus. 13. H. coroll. lanatis, caule ramofo. †

424. ALETRIS. *Cor.* infundibuliformis, rugosa.
456. *Stamina* inserta laciniarum basi.
Caps. 3-ocularis.

capensis. 2. A. acaulis, fol. lanceolatis undulatis, spica ouata, flor. nutantibus.

Hyacinthoides. 3. A. aculis, fol. lanceolatis carnosis, flor. geminatis.

fragrans. 4. A. caulescens, fol. lanceolatis laxis. *Jacq. vind.* 309.

425. YVCCA. *Cor.* campanulato-patens. *Stylus* nullus. *Caps.* 3-ocularis.
456.

Gloriosa. 1. Y. foliis integerrimis.

aloifolia. 2. Y. foliis crenulatis strictis.

draconis. 3. Y. foliis crenatis nutantibus.

filament. 4. Y. foliis ferrato-filiferis.

426. ALOE. *Cor.* erecta, ore patulo, fundo nectarifero. *Filamenta* receptaculo inserta.
757.

perfoliat. 1. A. flor. pedunculatis cernuis corymbosis subcylindricis.

A. fol. caulinis dentatis amplexicaulibus vaginantibus.

variegat. 2. A. flor. pedunculatis cernuis racemosis subcylindricis, ore patulo aequali.

A. fol. caulinis trifariis imbricatis erectis: angulis ternis cartilagineis.

disticha. 3. A. flor. pedunculatis pendulis ouato-cylindricis curuis.

A. fol. linguiformibus distichis patulis.

spiralis. 4. A. flor. sessilibus ouatis crenatis: segmentis interioribus conniuentibus.

A. fol. caulinis quinquefariis ouatis acuminatis.

retusa. 5. A. flor. sessilibus triquetris bilabiatis: labio inferiore reuoluto. *Flores* simillimi. *A. pumilae.*

A. fol. caulinis quinquefariis rhomboidalibus ventricosis, triquetro plano exstantibus.

- viscosa.* 6. A. flor. sessilibus infundibuliformibus bilabiatis: laciniis quinque reuolutis: summa erecta.
A. fol. trifariis canaliculatis imbricatis: apice patulo.
- pumila.* 7. A. flor. sessilibus bilabiatis: labio superiore erectiore; inferiore recurvato.
A. fol. aggregatis radicalibus ovato-subulatis acuminatis muricatis.
- Vuaria.* 9. A. flor. sessilibus reflexis imbricatis prismaticis.
A. fol. radicalibus linearibus membranaceis longissimis.

427. AGAVE. Cor. erecta, supera. Filamenta corollae longiora, erecta.
 461.

- americ.* 1. A. fol. dentato-spinosis, scapo ramoso.
viuipara. 2. A. fol. dentatis, stamin. corollam aequantibus.
virginic. 3. A. fol. dentato-spinosis, scapo simplicissimo. *Amoen. acad. 3. p. 22.*
foetida. 4. A. fol. integerrimis.

428. ALSTROEMERIA. Cor. 6-petala, subbilabiata: petalis 2 inferioribus basi tubulosis. Stam. declinata.
 461.

- pelegrina.* 1. A. caule erecto.
Lizta. 2. A. caule adscendente.
Salvilla. 3. A. caule volubili.

429. HEMEROCALIS. Cor. campanulata: tubo cylindrico. Stam. declinata.
 462.

- flava.* 1. H. corollis flavis.
fulva. 2. H. corollis fulvis.

430. ACORVS. Spadix cylindricus, tectus flosculis, Cor. 6-petalae, nudae. Stylus nullus. Caps. 3-ocularis.
 462.

Calamus. 1. ACORVS,

431. **ORONTIVM.** *Spadix* cylindricus, tectus flo-
463. sculis. *Cor.* 6-petalae, nudae. *Sty-*
lus nullus. *Folliculi* 1-spermi.

aquaticum. 1. **ORONTIVM.**

432. **CALAMVS.** *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6. *Bacca.*
463. exarida, 1-sperma, retrorsum
imbricata.

Rotang. 1. **CALAMVS.**

433. **IVNCVS.** *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6. *Capsf.* 1-locu-
463. laris.

• *Culmis nudis.*

- acutus.* 1. I. culmo subnudo tereti mucronato, panicula ter-
minali, involucreo diphyllō spinoso.
conglom. 2. I. culmo nudo stricto, capitulo laterali.
effusus. 3. I. culmo nudo stricto: panicula laterali.
inflexus. 4. I. culmo nudo: apice membranaceo incuruo, pani-
cula laterali.
filiformis. 5. I. culmo nudo filiformi nutante, panicula laterali.
trifidus. 6. I. culmo nudo, foliis floribusque tribus terminalibus.
Oed. dan. t. 107. Gesn. schmied. t. 4. f. 16. Iuncus
monanthos. Jacq. vind.
squaro- 7. I. culmo nudo, fol. setaceis, capitulis glomeratis
sus. aphyllis.

• • *Culmis foliosis.*

- nodosus.* 9. I. fol. nodoso-articulatis, petalis mucronatis.
articulat. 8. I. fol. nodoso-articulatis, petalis obtusis *huius α.*
Aquaticus foliis compressis β. Sylvaticus foliis te-
retibus Hall.
bulbosus. 10. I. fol. linearibus canaliculatis, capsf. obtusis. *Gesn.*
schmied. 12. t. 5. f. 13. Iuncus compressus foliis
linearibus canaliculato-concavis, capsulis ouatis,
culmo compresso. Jacq. vind. 235.
basonius. 11. I. culmo dichotomo, fol. angulatis, flor. solitariis
fertilibus.
lycius. 12. I. fol. setaceis depressiusculis, pedunc. geminis ter-
minalibus, glumis solitariis subbifloris.

Jacq.

- Jacquini.* 19. I. fol. subulato, capitulo subquadrifloro terminali.
Mant. 63.
- biglumis.* 13. I. fol. subulato, gluma biflora terminali.
- triglumis.* 14. I. fol. planis, gluma triflora terminali. *Oed. dan.*
t. 120.
- pilosus.* 15. I. fol. planis pilosis, corymbo ramoso.
- niueus.* 16. I. fol. planis subpilosis, corymbis folio breuioribus,
 flor. fasciculatis.
- campestr.* 17. I. fol. planis subpilosis, spicis sessilibus pedunculatisque.
- spicatus.* 18. I. fol. planis, spica racemosa nutante.

434. RICHARDIA. *Cal.* 6-paritus. *Cor.* 1-petala;
 470. *subcylindrica.* *Sem.* 3.

scabra. 1. RICHARDIA.

435. ACHRAS. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* ouata, 6-fida:
 469. *squamis totidem alternis interioribus,* *Pomum* 10-loculare. *Sem.*
solitaria hilo marginali, apiceque
unguiculato.

mammo- 1. A. flor. solitariis, fol. cuneiformi lanceolatis. *Achras*
sa. floribus pentandris. *Jacq. amer.* 56. t. 182. f. 19.
Achras fructu maximo ouato. Brown. iam. 201.
(exclude Loeßl. Plum. Jacq. synonyma)

Sapota. 2. A. flor. solitariis, fol. lanceolato-ouatis. *Achras* flo-
 ribus hexandris. *Jacq. amer.* 57. t. 41. *Achras*
Loeßl. it. 186. *Sapota fructu ouato maiore. Plum.*
gen. 43. *Achras fructu elliptico scabro maiore.*
Brown. iam. 200. t. 19. f. 3.

salicifolia. 3. A. flor. confertis, fol. lanceolato-ouatis.

436. PRINOS. *Cal.* 6-fidus. *Cor.* 1-petala, rotata.
 471. *Bacca* 6-sperma.

verticill. 1. P. foliis longitudinaliter serratis,
glaber. 2. P. foliis apice serratis.

437. BURSERA. Cal. 3-phyllus. Cor. 3-petala.
471. Caps. carnosâ, 3-valvis, 1-sperma.

gummi- 1. BURSERA. Terebinthus americana polyphylla. *Com. n.*
fera. hort. 1 p. 149. t. 77. Betula arbor americana,
feminibus lithospermi frumentacei aemulis. *Pluk.*
alm. 67. t. 151. f. 1. Variat Cal. 5-fido. Pet. 5. Stam.
8. Stigmate 3-fido: at Brown in dioecia Fl. Mascu-
los Cal. 5-dentato, Cor. 5 partita. Stam. 10. an ita-
que polygama?

438. BERBERIS. Cal. 6-phyllus. Petala 6: ad vn-
471. gues glandulis 2. Stylus 0. Bacca
1-sperma.

vulgaris. 1. B. pedunculis racemosis.
cretica. 2. B. pedunculis vnifloris. *Folia integerrima. Racemâ*
subumbellati. Sem. 3.

439. LORANTHVS. Germen. inferum. Cal. 0. Cor.
472. 6-fida, reuoluta. Stam. ad
apices petalorum. Bacca 1-
sperma.

Scurrula. 1. L. pedunc vnifloris congestis, fol. obouatis.
vniflorus. 6. L. racemis simplicissimis. *Sp. pl. 1672.*
europaeus. 7. L. racemis simplicibus terminalibus, flor. dioicis.
Sp. pl. 1672.
america- 2. L. racemis subramosis aequalibus, fol. ouatis. Loranthus
nus. cymis ramosis. *Jacq. amer. 97. t. 67. Folia*
opposita aequalia coriacea.
occidental. 3. L. racemis simplicibus, flor. irregularibus.
lonniceroid. 4. L. flor. aggregato-capitatis.
Stelis. 5. L. racemis trichotomis, pedunc. trigonis, flor. aequalibus.
pentan- 8. L. racemis simplicibus, flor. quinquefidis, fol. alter-
drus. nis petiolatis. *Mant. 63.*
spicatus. 9. L. spicis quadrangularibus. *Mant. 63.*

440. HILLIA. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-fida, longis-
1662. sima. *Bacca* infera, 2-locularis, po-
lyisperma.

parasitica. 1. HILLIA. *Sp. pl.* 1662. *Frutex repens. Folia opposita,*
oualia. Flores semipedales.

441. FRANKENIA. *Cal.* 5-fidus, infundibulif. *Pe-*
473. *tala* 5. *Stigma* 6-partitum.
Caps. 1-locularis, 3-valuis.

laeuis. 1. *F.* fol. linearibus confertis basi ciliatis.
hirsuta. 2. *F.* caul. hirsutis, flor. fasciculatis terminalibus.
puluerul. 3. *F.* foliis obouatis retusis subtus pulueratis.

442: PEPLIS. *Perianth.* campanulatum: ore 12-fido.
474. *Petala.* 6, calyci inserta. *Caps.* 2-lo-
cularis.

portula. 1. *P.* flor. apetalis. *Oed. dan. t. 64. Petalis rarius in-*
struitur.
tetrandra. 2. *P.* flor. tetrandris monopetalis. *Cal. campanulatus:*
limbo 8-fido. Cor. tubulosa: Limbo 4-partito. Stam. 4.
Germenculo calycis adnatum. Syli stigmata 2. Cap-
sula infera, bilocularis, coronata.

DYGYNIA.

443. ORYZA. *Cal.* gluma 2-valuis, 1-flora. *Cor.*
475. 2-valuis, subaequalis, femini ad-
nascens.

satiua. 1. ORYZA.

444. ATRAPHAXIS. *Cal.* 2-phyllus. *Petala* 2, si-
475. nuata. *Stigmata* capitata.
Sem. 1.

spinosa. 1. *A.* ramis spinosis.
undulata. 2. *A.* inermis.

TRYGINIA.

445. FLAGELLARIA. Cal. 6-partitus. Cor. o. Bac-
475. ca 1-sperma.

indica. 1. FLAGELLARIA. Folia terminata cirrho, vti Gloriosa:

446. RVMEX. Cal. 3-phyllus. Petala 3, conniuentia.
476. Sem. 1, triquetrum.

* Hermaphroditi: valuulis granulo notatis.

- Patientia.* 1. R. flor. hermaphroditis: valuulis integerrimis: vnica granifera, foliis cordato-lanceolatis.
- sanguineus.* 2. R. flor. hermaphroditis: valuulis integerrimis: vnica granifera, foliis cordato-lanceolatis.
- verticil-* 4. R. flor. hermaphroditis: valuulis integerrimis: omnibus graniferis, fol. lanceolatis: vaginis cylindricis.
- Britanica.* 5. R. flor. hermaphroditis: valuulis integerrimis: omnibus graniferis, fol. lanceolatis: vaginis obsoletis.
- crispus.* 3. R. flor. hermaphroditis: valuulis integris graniferis, fol. lanceolatis undulatis acutis.
- persica-rioides.* 8. R. flor. hermaphroditis: valuulis dentatis: omnibus graniferis, foliis lanceolatis.
- aegyptius.* 7. R. flor. hermaphroditis: valuulis trifido-fetaceis: vnica granifera.
- maritimus.* 9. R. flor. hermaphroditis: valuulis dentatis graniferis, fol. linearibus. *Lapathum minimum. Bauh. pin. 115.*
- diuatica-* 10. R. flor. hermaphroditis: valuulis dentatis graniferis, fol. cordato-oblongis obtusis pubescentibus.
rus.
- acutus.* 11. R. flor. hermaphroditis: valuulis dentatis graniferis; fol. cordato-oblongis acuminatis. *Lapathum folio acuto Bauh. pin. 115.*
- obtusifolius.* 12. R. flor. hermaphroditis: valuulis dentatis graniferis, fol. cordato-oblongis obtusiusculis crenulatis.
- paichei.* 6. R. flor. hermaphroditis: valuulis dentatis: subvnica granifera, fol. radicalibus panduriformibus. *Hall. emend. 20.*

* * *Hermaphroditi* : *valuulis granulo destitutis.*
f. nudis.

- bucephalophorus.* 13. R. flor. hermaphroditis : valuulis dentatis nudis, pedicellis planis reflexis.
aquatic. 14. R. flor. hermaphroditis : valuulis integerrimis nudis, fol. cordatis glabris acutis.
Lunaria 15. R. flor. hermaphroditis : valuulis laevibus, caule arboreo, fol. cordatis.
vesicarius. 16. R. flor. hermaphroditis geminatis : valuulis omnibus maximis membranaceis reflexis, fol. indivisis.
roseus. 19. R. flor. hermaphroditis distinctis : valuulae alterius ala maxima membranacea reticulata, fol. erosis.
tingitanus. 17. R. flor. hermaphroditis distinctis : valuulis cordatis obtusis integerrimis, fol. hastato-ouatis.
scutatus. 18. R. flor. hermaphroditis, fol. cordato-hastatis, caul. tereti.
digynus. 19. R. flor. hermaphroditis digynis.

* * * *Floribus diclinis.*

- alpinus.* 22. R. flor. hermaphroditis sterilibus femineisque : valuulis integerrimis nudis, fol. cordatis obtusis rugosis.
spinofus. 22. R. flor. androgynis : calyc. femineis monophyllis : valuulis exterioribus reflexo-uncinatis.
tuberosus. 23. R. flor. dioicis, fol. lanceolato-sagittatis, ramis patentibus.
multifidus. 26. R. flor. dioicis, fol. hastatis auriculis hastatis.
Acetosa. 24. R. flor. dioicis, fol. oblongis sagittatis.
Acerosel. 25. R. flor. dioicis, fol. lanceolato-hastatis.
aculeata. 27. R. flor. dioicis, fol. lanceolatis petiolatis, fructibus reflexis : valuulis ciliatis.
luxurians. 28. R. flor. . . . fol. cordato-hastatis, caul. decumbentibus angulatis. *Man. 64.*

447. SCHEVCHZERIA. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* 0.
 482. *Styli* 0. *Caps.* 3, inflatae, 1-spermae.

palustris. I. SCHEVCHZERIA.

448. TRIGLOCHIN. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. calyciformia. *Stylus*. 0. *Caps.* basi dehiscens.
482.

palustre. 1. T. capsul. trilocularibus sublinearibus.
maritim. 2. T. capsul. sexlocularibus ouatis.

449. MELANTHIVM. *Cor.* 6-petala. *Filamenta* ex elongatis vnguibus corollae.
483.

virginic. 1. M. petalis vnguiculatis.
sibiricum. 2. M. petalis sessilibus.
capense. 3. M. petalis punctatis, fol. cucullatis.

450. MEDEOLA. *Cal.* 0. *Cor.* 6-partita, reuoluta. *Bacca* 3-sperma.
483.

virgin. 2. M. fol. verticillatis, ramis inermibus.
asparag. 3. M. fol. pinnatis: foliolis alternis.

451. TRILLIVM. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Bacca.* 3-locularis.
484.

cernuum. 1. T. flore pedunculato cernuo.
erectum. 2. T. flore pedunculato erecto.
sessile. 3. T. flore. sessili erecto.

452. COLCHICVM. *Spatha.* *Cor.* 6-partita: tubo radicato. *Capsulae* 3 connexae, inflatae.
485.

autumn. 1. C. foliis planis lanceolatis erectis.
montan. 2. C. foliis linearibus patentissimis.
variegat. 3. C. foliis undulatis patentibus.

453. HELONIAS *Cor.* 6-petala. *Cal.* 0 *Capsf.*
485. 3-locularis.

bullata. 1. H. fol. lanceolatis. Veratrum racemo simplicissimo,
corollis patentibus, staminibus longioribus. *Mill.*
ic. 181. t. 272.

asphodeloides. 2. H. fol. caulinis setaceis.

TETRAGYNIA.

454. PETIVERIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Sem.* 1.
486. apice aristis reflexis.

alliacea. 1. P. flor. hexandris.

octandra. 2. P. flor. octandris.

POLYGINIA.

455. ALISMA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala.* 3. *Sem.*
486. plura.

Plantago. 1. A. fol. ovatis acutis, fruct. obtuse trigonis.

flava. 2. A. fol. ovatis acutis, pedunc. umbellatis, fruct. glo-
bosis.

*Damafo-
nium.* 3. A. fol. cordato-oblongis, flor. hexagynis, capsf.
subulatis.

cordifol. 4. A. fol. cordatis obtusis, flor. dodecandris, fructi-
bus uncinato-mucronatis.

natans. 5. A. fol. ovatis obtusis, pedunc. solitariis.

ranunc. 6. A. fol. lineari-lanceolatis, fruct. globoso-squarrosis.

subulata. 7. A. foliis subulatis.

CLASSIS VII.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

461. TRIENTALIS. Cal. 7-phyllus. Cor. 7-partita, plana.
Bacca 1-locularis, sicca.
462. AESCVLVS. Cal. 5-dentatus. Cor. 5-petala. inaequalis.
Caps. 3-locularis, 2-sperma.
 * *Gerania africana.*

DIGYNIA.

463. LIMEVM. Cal. 5-phyllus. Cor. 5-petala, aequalis.
Caps. 2-locularis, polysperma.

TETRAGYNIA.

464. SAVRVRS. Cal. amentum. Cor. nulla. *Pisill.* 4.
Baccae 4, monospermae.

HEPTAGYNIA.

465. SEPTAS. Cal. 7-partitus. Cor. 7-petala.
Germina 7. *Caps.* 7, polyspermae.

MONO-

Circumscissam Capsulam diximus illam, quae maturo fructu horizontaliter discedit.
 Superus Flos s. Calyx cui germen sub receptaculo, vel cuius Calyx abit in fructum,
 secundum Tournefortium.

Inferus Flos s. Calyx cui germen sub receptaculo, vel cuius Pisillum abit in fructum,
 ex mente Tournefortii.

Ergo Fructus inferus et Flos superus idem sunt; ut ex opposito.
 Fructus superus et Flos inferus.

MONOGYNIA.

456. TRIENTALIS. *Cal.* 7-phyllus. *Cor.* 7-partita,
488. aequalis, plana. *Bacca* exsucca.

europaea. 1. *T.* fol. lanceolatis integerrimis. *Kalm. canad.* 2. p. 263.

457. AESCVLVS. *Cal.* 5-phyllus, 'dentatus, ventri-
488. cosus. *Cor.* 5-petala, inaequaliter
colorata, calyci inserta. *Capsf.*
3-locularis.

Hippo Cast. 1. *AE.* floribus heptandris.

Paui. 2. *AE.* floribus octandris. *Flores in vtraque Hermaphro-
ditos et Masculos obseruauit Dav. Royenus, Mil-
lerus.*

DIGYNIA.

458. LIMEVM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, aequalia.
488. *Capsf.* globosa, bilocularis.

africanum. A. LIMEVM. *Burmann.*

TETRAGYNIA.

459. SAVRVRVS. *Cal.* amentum squamis 1-floris-
489. *Cor.* 0. *Germina* 4. *Baccae* 4,
monospermae.

cernuus. I. SAVRVRVS.

HEPTAGYNIA.

460. SEPTAS. *Cal.* 7-partitus. *Petala* 7. *Germina*
489. 7. *Capsulae* 7, polyspermae.

capensis. SEPTAS. *Pluk. mant.* 66. t. 340. f. 9.

CLASSIS VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

• Flores completi.

478. MIMVSOPS. Cor. 8-petala. Cal. 8-phyllus, inferus.
Drupa.
466. TROPAEOLVM. Cor. 5-petala. Cal. 5-fidus, calcaratus.
Baccae 3, 1-spermae.
491. BAECKEA. Cor. 5-petala. Cal. 5-fidus, superus
Caps. globosa, 4-locularis. coronata.
481. MEMCYLON. Cor. 4-petala. Cal. integerrimus, superus.
475. COMBRETVM. Cor. 4-petala. Cal. 5-dentatus, superus.
Sem. 4.
471. EPILOBIVM. Cor. 4-petala. Cal. 4-phyllus, superus.
Caps. 4-locularis. Sem. papposa!
470. GAVRA. Cor. 4-petala. Cal. 4-fidus, superus.
Nux 4-sperma.
469. OENOTHERA. Cor. 4-petala. Cal. 4-fidus, superus.
Caps. 4-locularis. Anther. lineares.
468. RHEXIA. Cor. 4-petala. Cal. 4-fidus, medius.
Caps. 4-locul. Anth. arcuatae.
467. OSBECKIA. Cor. 4-petala. Cal. 4-fidus, medius.
Caps. 4-locul. Anth. rostratae.
474. GRISLEA. Cor. 4-petala. Cal. 4-dentatus, inferus.
Caps. 1-locularis.
1257. ANTICHOVS. Cor. 4-petala. Cal. 4-phyllus, inferus.
Caps. 4-locul. 4-valuis, polysperma.
479. ALLOPHYLVS. Cor. 4-petala. Cal. 4-phyllus, inferus.
Stylus bifidus.
479. IAMBOLIFERA. Cor. 4-petala. Cal. 4-dentatus, inferus.
Filamenta planiuscula.
482. LAWSONIA. Cor. 4-petala. Cal. 4-fidus, inferus.
Bacca 4-locularis.
372. MELICOCCA. Cor. 4-petala, refracta. Cal. 4-partitus.
Drupa corticosa. Stig. peltat. anceps.
473. AMYRIS. Cor. 4-petala. Cal. 4-dentatus, inferus.
Bacca 1-sperma.
1258. CHLORA. Cor. 8-fida. Cal. 8-phyllus, inferus.
Caps. 1-locul. 2-valuis, polysperma.

480. SANTALVM. Cor. 1-petala. Cal. 4-dentatus, superus.
Filam. corollae. Bacca.
483. VACCINIVM. Cor. 1-petala. Cal. 4-dentatus, superus.
Filam. receptaculi. Bacca.
- 484 ERICA. Cor. 1-petala. Cal. 4-phyllus, inferus.
Filam. receptaculi. Capsula.

Aesculus Pauia.

Monotropa Hypopithys.

Ruta graueolens.

Jussiaea erecta, suffruticosa.

Ptelea viscosa.

Portulaca quadrifida.

Trichilia Guara.

* *Dais octandra.*

* *Fagara octandra.*

* *Melastoma octandra.*

* * *Flores incompleti.*

487. GNIDIA. Cal. 4-fidus, corollinus. Pet. 4, parua.
Stam. exserta.
490. LACHNAEA. Cal. 4-fidus, corollinus, inaequalis.
Stam. exserta.
486. DIRCA. Cal. elimbis, corollinus, inaequalis.
Stam. exserta.
485. DAPHNE. Cal. 4-fidus, corollinus, aequalis.
Stam. inclusa. Bacca pulposa.
489. PASSERINA. Cal. 4-fidus, corollinus, aequalis.
Stam. supra corollam.
- 488 STELLERA. Cal. 4-fidus, corollinus, aequalis.
Stam. inclusa. Sem. vnicum.
- * *Riuna octandra.*

DIGYNIA.

493. WEINMANNIA. Cor. 4-petala. Cal. 4-phyllus.
Caps. 2-locularis, 2-rostris.
494. MOEHRINGIA. Cor. 4-petala. Cal. 4-phyllus.
Caps. 1-locularis.
1259. SCHMIDELIA. Cor. 4-petala. Cal. 2-phyllus.
Pericarp. 2, pedicellata.
492. GALENIA. Cor. 0. Cal. 4-fidus.
Caps. 2-locul., 2-sperma.
- * * *Gentiana perfoliata. Chrysofplenium.*

TRIGYNIA.

497. PAVLLINIA. Cor. 4-petala. Cal. 5-phyllus.
Caps. 3-locul., 1-sperma.

498. *CARDIOSPERMUM*. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus.
Caps. 3-locul., 1-sperma.
449. *SAPINDUS*. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus.
Bacca 3-cocca, 1-sperma.
496. *COCCOLOBA*. *Cor.* 0. *Cal.* 5-partitus.
Bacca calycina, 1-sperma.
495. *POLYGONUM*. *Cor.* 0. *Cal.* 5-partitus.
Sem. 1, nudum.

TETRAGYNIA.

501. *ADOXA*. *Cor.* 4-f. 5-fida, supera. *Cal.* 2-phyllus.
Bacca 4-f. 5-sperma.
502. *ELATINE*. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus.
Caps. 4-ocularis.
500. *PARIS*. *Cor.* 4-petala, subulata. *Cal.* 4-phyllus.
Bacca 4-ocularis.

* *Cotyledon laciniata*.* *Petiueria octandra*.

MONOGYNIA.

461. TROPAEOLVM. Cal. 1-phyllus, calcaratus
 490. Petala 5, inaequalia. Bac-
 cae 3, siccae.

- minus.* 1. T. fol. peltatis repandis, petal. acuminato-setaceis.
maius. 2. T. fol. peltatis subquinelobis, petal. obtusis.
hybridum. 4. T. fol. subpeltatis quinelobis integerrimis, pe-
 talis variantibus. *Mant.* 64. *Planta nouiter orta*
e praecedenti; Nectarium obtusum. Corolla vix vn-
quam determinata. Semina vix producit, ramis mul-
tiplicanda.
peregrinum. 3. T. fol. subpeltatis quinelobis dentatis, petalis
 ciliato-laceris.

462. OSBECKIA. Cal. 4 fidus: Lobis squama ciliari
 490. interstinctis. Cor. 4-petala. An-
 therae rostratae. Caps. 4-ocularis,
 calycis tubo truncato cincta.

chinensis. 1. OSBECKIA.

463. RHEXIA. Cal. 4-fidus. Petala 4, calyci infer-
 491. ta. Antherae declinatae. Caps. 4-lo-
 cularis, intra ventrem calycis.

- virginica.* 1. R. fol. sessilibus ferratis, calyc. glabris.
mariana. 2. R. foliis ciliatis.
Acijan- A. R. flor. alternis axillaribus pedunculatis quinquefidis.
thera.

464. OENOTHERA. Cal. 4-fidus. Petala 4. Caps.
 491. cylindrica, infera. Sem. nuda.

- biennis.* 2. OE. fol. ouato-lanceolatis planis, caule muricato-vil-
 lofo.
parviflor. 3. OE. fol. ouato-lanceolatis planis, caule laeui sub-
 villofo.
muricata. OE. fol. lanceolatis planis, caule purpurascente muri-
 cato. *Similis parviflorae, sed Fructus os non 8-fidum.*
Caulis puncta rubra sparsa. Canada.

- oefloualuis.* 4. OE. fol. lanceolato-oblongis acuminatis planis glabris.
moliffim. 2. OE. fol. lanceolatis undulatis.
hirta. 1. OE. hirta, fol. supra glabris.
fruticofa. 6. OE. fol. lanceolatis subdentatis, capful. pedicelatis
 acutangulis, racemo peduncuiato. Oenothera
 foliis lanceolatis, floribus terminalibus panicu-
 latis. *Gouan. hort.* 193. *Flores parui all.*
pumila. 7. OE. fol. lanceolatis obtusis glabris subpetiolatis,
 caul. prostratis, capful. acutangulis.

465. GAVRA. *Cal.* 4-fidus, tubulofus. *Cor.* 4-pe-
 493. tala, adfcendens versus latus fu-
 perius. *Nux infera*, 1-sperma,
 4-angula.

biennis. 1. GAVRA.

466. EPILOBIVM. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4. *Capsf.*
 493. oblonga, infera. *Sem.* pappofa.

* *Staminibus declinatis.*

- angultif.* 1. E. fol. fparfis lineari-lanceolatis, flor. inaequalibus.
latifolium. 2. E. fol. alternis lanceolato-ouatis, flor. inaequalibus.

* * *Staminibus erectis regularibus, petalis bifidis.*

- hirsutum,* 3. E. fol. oppositis lanceolatis ferratis decurrenti-ample-
 xicaulibus.
montanum. 4. E. fol. oppositis ouatis dentatis.
tetrago- 5. E. fol. lanceolatis denticulatis: imis oppositis, caule
num. tetragono.
palufire. 6. E. fol. oppositis lanceolatis integerrimis, petal.
 emarginatis, caule erecto.
alpinum. 7. E. fol. oppositis ouato-lanceolatis integerrimis, fili-
 quis feffilibus, caule repente.

1257. ANTICHORVS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4.
Capsf. fupera, fubulata, 4-lo-
 cularis, 4-ualuis. *Sem.* plu-
 rima.

depreffus. 1. ANTICHORVS. *Mant.* 64. *

467. **COMBRETUM.** *Cal.* 4-dentatus, campanulatus, superus. *Cor.* 4-petala, calyci inserta. *Stam.* longissima. *Sem.* 1, quadrangulare: angulis membranaceis.

laxum. 1. *C. spicis laxis.*
secundum. 2. *C. spicis secundis.*

468. **GRISLEA.** *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4 ex incisuris calycis. *Filamenta* longissima, ascendencia. *Caps.* globosa, supera, 1-locularis, polysperma.

secunda. 1. **GRISLEA.**

469. **ALLOPHYLVS.** *Cal.* 4-phyllus: foliolis orbiculatis: oppositis minoribus. *Petala* 4, calyce minora. *Germen* didymum. *Stigm.* 4-fidum.

Ceylanic. 1. **ALLOPHYLVS.**

470. **XIMENIA.** *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4, pilosa, revoluta. *Drupa* monosperma.

american. 1. *X. fol. oblongis, pedunc. multifloris.*
inermis. 2. *X. fol. ovatis, pedunc. unifloris.*

471. **MIMVSOPS.** *Cal.* 8-phyllus. *Petala* 16. *Drupa* acuminata.

I lengi. 1. *M. fol. alternis remotis. Rumph. amb. 3. t. 63.*
Kanki. 2. *M. fol. contertis. Rumph. amb. 3. t. 8.*

472. LAMBOLIFERA. *Cal.* 4. dentatus. *Cor.* 4-petala, infundibulif. *Filamenta* planiuscula. *Stigm.* simplex.

497.

peduncul. I. LAMBOLIFERA.

473. MELICOCCA. *Cal.* 4-partitus. *Petala* 4, reflexa infra calycem. *Stigm.* subpeltatum. *Drupa* coriacea.

495.

biuga. I. MELICOCCA. *Jacq. amer.* 108. t. 72.

474. AMYRIS. *Cal.* 4-dentatus. *Petala* 4, oblonga. *Stigma* tetragonum. *Bacca* drupacea.

495.

Elemifera. 8. A. fol. ternatis quinato pinnatisque subtus tomentosus. *Cornus* racemosa trifolia & quinquefolia. *Plum.* ic. 100. *Iccariba.* *Margr. bras.* 98. *distinguenda a sequenti.*

sylvatica. 1. A. fol. ternatis crenatis acutis. *Jacq. amer.* 107.

maritima. 2. A. fol. ternatis crenulatis obtusis. *an varietas praeecedentis?*

gileadensis. 5. A. fol. ternatis integerrimis, pedunc. unifloris lateralibus. *Mant.* 65.

Opobalsamum. 6. A. fol. pinnatis: foliolis sessilibus. *Mant.* 65.

toxifera. 3. A. fol. pinnatis: foliolis petiolatis planis.

Protium. 7. A. fol. pinnatis: foliolis petiolatis undulatis. *Mant.* 65.

balsamifera. 4. A. fol. biugis.

475. SANTALVM. *Cal.* superus. *Cor.* 1-petala. *Stamina* tubo imposita. *Stigma* simplex. *Bacca.*

497.

album. I. SANTALVM.

476. MEMECYLON. *Cal.* superus margine integerrimo. *Cor.* 1-petala. *Bacca* calyce cylindrico coronata.

197.

capitellat. 1. *M.* foliis ovatis.

1258. CHLORA. *Cal.* 8-phyllus. *Cor.* 1-petala, 8-fida. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis, polysperma.

perfoliata. 1. *C.* fol. perfoliatis. *Gentiana perfoliata.* *Sp. pl.*

1671.

quadrifol. 2. *C.* fol. quaternis. *Gentiana quadrifolia.* *Sp. pl.* 1671.

12-andra. 3. *C.* fol. oppositis. *Chironia dodecandra.* *Sp. pl.* 273.

477. LAWSONIA. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4. *Stamina* 4 parium. *Caps.* 4-locularis, polysperma.

498.

inermis. 1. *L.* ramis inermibus.

spinosa. 2. *L.* ramis spinosis.

478. VACCINIUM. *Cal.* superus. *Cor.* 1-petala. *Filamenta* receptaculo inserta. *Bacca* 4-locularis, polysperma.

498.

* *Foliis annotinis s. deciduis.*

Myrtillus. 1. *V.* pedunc. unifloris, fol. serratis ovatis deciduis, caule angulato.

flamineum. 2. *V.* pedunc. solitariis unifloris, antheris corolla longioribus, fol. oblongis integerrimis.

vliginosum. 3. *V.* pedunc. unifloris, fol. integerrimis ovalibus obtusis laevibus.

album. 4. *V.* pedunc simplicibus, fol. integerrimis ovatis subtus tomentos.

mucronatum. 5. *V.* pedunc. simplicissimis unifloris, fol. ovatis mucronatis glabris integerrimis.

corymbosum. 6. *V.* flor. corymbosis ovatis, fol. oblongis acuminatis integerrimis.

- frondosum*. 7. V. racemis filiformibus foliosis, fol. oblongis integerrimis.
- ligustrinum*. 8. V. racem. nudis, caule fruticoso, fol. crenulatis oblongis.
- Arctostaphyllum*. 9. V. flor. racemosis, fol. crenulatis ovatis acutis, caule arboreo.

* * * *Foliis sempervirentibus.*

- Vitis idea*. 10. V. racem. terminalibus nutantibus, fol. obouatis revolutis integerrimis subtus punctatis.
- Oxycoccus*. 11. V. fol. integerrimis revolutis ovatis, caulib. repantibus filiformibus nudis,
- hispidulum*. 12. V. fol. integerrimis revolutis ovatis, caulib. repantibus filiformibus hispidis.

479. ERICA. Cal. 4-phyllus. Cor. 4-fida. Filamentata receptaculo inserta. Antherae bifidae. Caps. 4-locularis.

501.

*. *Antheris bicornibus.*

- vulgaris*. 1. E. antheris bicornibus inclusis, coroll. inaequalibus campanulatis mediocribus, fol. oppositis sagittatis. *Folia opposita, subtrigona, carinae canaliculata, supra basin affixa, basi acuta bifida. Corolla ultra medium 4-fida, magnitudine et facie calycis. Stylus ascendens.*
- umbellat.* 2. E. anth. bicornibus exsertis, coroll. globosis umbellatis, fol. ternis acerosis glabris.
- cinerea.* 4. E. anth. bicornibus inclusis, coroll. ovatis racemosis, fol. ternis glabris linearibus. β . Erica ternis per intervalla ramulis. *Bauh pin. 486. Erica coris folio V. Clus. hist. 1. p. 43.*
- scoparia.* 5. E. anth. bicornibus inclusis, coroll. campanulatis longioribus, fol. ternis patentibus, ramis albis.
- castra.* 6. E. anth. bicornibus inclusis, coroll. subouatis mediocribus solitariis, fol. ternis, caule arboreo.
- viridipurpurea.* 7. E. anth. bicornibus inclusis, coroll. ovatis longioribus, racemis corymbosis secundis, fol. ternis.

Tetra-

Erica Daboeci vide Andromedam Daboeciam, quae octandria flore quadrifido Ericae, sed antheris et habitu Andromedae.

- Tetralix.* 8. E. anth. bicornibus inclusis, coroll. subglobosis aggregatis folio longioribus, fol. quaternis ciliatis patentibus.
- arborescens.* 9. E. anth. bicornibus inclusis, coroll. campanulatis longioribus, fol. quaternis patentissimis, caule subarborescente tomentoso.
- purpurascens.* 10. E. fol. in summitate quinis, caule procumbente.
- ramentacea.* 42. E. anth. bicornibus inclusis, coroll. globosis laevibus, fol. quaternis setaceis laevibus. *Mant.* 65,
- * * *Antheris simplicibus obtusis emarginatis.*
- tenuifolia.* 29. E. anth. bifidis inclusis, coroll. ovatis calyces coloratos aequantibus, fol. oppositis linearibus appressis.
- paniculata.* 36. E. anth. bifidis subinclusis, coroll. campanulatis subumbellatis, fol. quaternis linearibus laevibus.
- planifolia.* 35. E. anth. bifidis inclusis, coroll. campanulatis, fol. quaternis ciliatis patentibus. *Rami procumbentes. Folia patentia, lanceolata-ouata, acuminata, remota. Calyces longitudine fere corollae.*
- absinthioides.* 41. E. anth. bifidis inclusis, coroll. subrotundis, fol. ternis linearibus subpubescentibus. *Mant.* 66. /
- corifolia.* 32. E. anth. bifidis inclusis, coroll. ovatis, calyc. planis, bracteis coloratis. fol. ternis glabris.
- articulata.* 44. E. anth. bifidis inclusis, coroll. campanulatis calyce colorato brevioribus, fol. ternis linearibus laevibus appressis. *Mant.* 65.
- ciliaris.* 11. E. anth. simplicibus inclusis, coroll. ovatis irregularibus, flor. racemosis, fol. ternis ciliatis patentibus.
- parviflora.* 25. E. anth. bifidis inclusis, coroll. subrotundis longitudine calycis, fol. quaternis ciliatis hispida.
- triflora.* 33. E. anth. bifidis inclusis, coroll. subglobosis subumbellatis ternis, pedunc. triphyllis, fol. ternis.
- imbricata.* 12. E. anth. bifidis exsertis, calyc. duplicatis coloratis acutis corolla longioribus, fol. ternis laevibus.
- squamosa.* 37. E. anth. bifidis inclusis, calyc. trifloris: squamis inflatis inflexis, fol. ternis laevibus. β *Erica gnaphalodes. Sp. pl.* 34. *Pistill. longissimum.*
- physodes.* 26. E. anth. bifidis inclusis, coroll. ovatis inflatis glabris, fol. quaternis linearibus glabris obtusis. *Calyc. viscosus.*

- halicaca*- 27. E. anth. bifidis inclusis, coroll. inflatis maximis, fol. ternis linearibus laeuibus.
- fastigiata*. 40. E. antheris subbifidis inclusis, coroll. hypocrateriformibus fastigiato-fasciculatis, fol. quaternis linearibus scabris. *Mant.* 66.
- calycina*. 28. E. anth. bifidis inclusis, coroll. subouatis calyces coloratos patentibus aequantibus, fol. ternis laeuibus. *Folia linearia, triquetra. Flores corymbosi, magni. Pedunculi Bracteis 3, alternis. Calyx patens, obtusifolius, purpureus. Corolla atro-purpurea, ore recto.*
- pilulifera*. 31. E. anth. bifidis inclusis. coroll. globosis glabris quaternis, fol. linearibus patulis quaternis. *Rami virgati laeues. Folia subtus conuexa, vix pubescentia. Corollae terminales, purpureae. Calyces concoloris, breuioribus. Pedunculi uniflori, longiores.*
- bruniades*. 15. E. anth. bifidis exsertis, coroll. globosis tectis calyce lanato, fol. ternis linearibus pilosis. *Corolla ouato-campanulata, quadrifida, fere truncata; sequentis semiquadrifida laciniis ovatis. Antherae scabrae utrisque, sed huius exsertae, sequentis corollae non longiores.*
- capitata*. 16. E. anth. bifidis subexsertis, coroll. globosis, calyc. lanatis coloratis, fol. ternis hirtis.
- carnea*. 14. E. anth. bifidis simplicibus exsertis, coroll. ouatis sublongioribus, fol. quaternis subtriquetris patentibus glabris.
- herbacea*. 3. E. anth. bifidis inclusis, coroll. campanulatis mediocribus secundis, fol. ternis triquetris patulis.
- nigrita*. 43. E. anth. - - subinclusis atris conniuentibus, coroll. campanulatis quadripartitis, fol. ternis. *Mant.* 65.
- multiflor*. 13. E. anth. bifidis simplicibus exsertis, coroll. cylindricis longioribus, fol. quinis linearibus patentibus.
- coccinea*. 18. E. anth. bifidis exsertis, coroll. clauatis, calycibus imbricatis. fol. ternis glabris.
- curviflora*- 19. E. anth. bifidis exsertis, coroll. clauato-cylindricis curuis solitariis, fol. quaternis glabris. *Calyces lanceolato-subulati, crassiusculi, pubescentes.*
- tubiflora*. 20. E. anth. bifidis inclusis, coroll. clauato-cylindricis incuruatis pubescentibus acutis, fol. quaternis ciliatis.

- cerinthoides.* 21. E. anth. bifidis inclusis, corollis subclauatis hirtis, flor. aggregatis sessilibus, fol. quaternis ciliatis.
- abietina.* 22. E. anth. bifidis inclusis, coroll. ventricoso-cylindricis glabris, flor. lateralibus, fol. quaternis ciliatis.
- pentaphylla.* 23. E. anth. bifidis inclusis, coroll. ouatis acutis, fol. quinis laeuibus.
* * * * *Foliis lobatis, Caulibus procumbentibus.*

- cymbalaria.* 35. S. fol. caulinis cordatis trilobis integrisque, caul. procumbentibus.
- hederac.* 36. S. fol. caulinis ovatis lobatis, caul. filiformi flaccido.
- hypnoides.* 30. S. fol. caulinis linearibus integris trifidisue, stolonib. procumbentibus, caul. erecto nudiusculo. *Planta viscosa. Folia longius petiolata.*
- ascendens.* 31. S. fol. caulinis cuneiformibus apice dentatis, caul. ascendente subvillosis.

555. TIARELLA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala, calyci inserta : petalis integris. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis : valvula altera maiore.

- cordifolia.* 1. T. foliis cordatis.
- trifoliata.* 2. T. foliis ternatis.

556. MITELLA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala, calyci inserta : petalis pinnatifidis. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis, valvulis aequalibus.

- dyphylla.* 1. M. scapo diphylo.
- nuda.* 2. M. scapo nudo.

557. **SCLERANTHUS.** *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* nulla. *Sem.* 2, calyce inclusa.
580.

- annuus.* 1. *S.* calyc. fructus patulis.
perennis. 2. *S.* calyc. fructus clausis.
polycarpos. 3. *S.* calyc. fructus patentissimis spinosis, caul. subuilloso.

558. **GYPSOPHILA.** *Cal.* 1-phyllus, campanulatus, angulatus. *Petala* 5, ovata, sessilia. *Caps.* globosa, 1-locularis.
581.

- repens.* 2. *G.* fol. lanceolatis, stamin. corolla emarginata brevioribus. *Ger. prov.* 409. t. 15. f. 2. (*excluso Plukenetii synonymo.*)
prostrata. 3. *G.* fol. lanceolatis laevibus, caul. diffusis, pistil. corolla campanulata longioribus. *Alfina angustifolia caryophylloides multiflora glabra purpurascens, radice astragaliti. Pluk. alm.* 22. t. 75. f. 2.
paniculata. 8. *G.* fol. lanceolatis scabris, coroll. reuolutis, flor. dioicis.
tomentosa. 7. *G.* fol. lanceolatis subtrineruiis tomentosis, caul. pubescente.
altissima. 5. *G.* fol. lanceolatis subtrineruiis, caulibus rectis.
Struthium. 6. *G.* fol. linearibus: axillaribus confertis terebibus.
fastigiata. 4. *G.* fol. lanceolato-linearibus obsolete triquetris laevibus obtusis secundis.
perfoliat. 9. *G.* fol. ovato-lanceolatis semiamplexicaulibus.
muralis. 11. *G.* fol. linearibus planis, calycibus aphyllis, caul. dichotomo, petalis crenatis.
rigida. 10. *G.* fol. lineari-lanceolatis planis, caule dichotomo, pedunc. bifloris, petal. emarginatis.
saxifraga. 12. *G.* fol. linearibus, calyc. angulatis squamis quatuor, coroll. emarginatis. *Caulis palmaris, erectus, filiformis, dichotomus. Folia linearia, acuta. Calyx cinctus foliolis 4, tubo dimidio brevioribus. Petala integerrima, emarginata, incarnato-pallida, basi striis 3 purpureis obsolete.*

559. **SAPONARIA.** *Cal.* 1-phyllus, nudus. *Petala*
584. 5, unguiculata. *Caps.* oblonga, 1-locularis.

- officinalis.* 1. *S.* calyc. cylindricis, fol. ovato-lanceolatis.
Vaccaria. 3. *S.* calyc. pyramidatis quinquangularibus, fol. ovatis acuminatis sessilibus.
cretica. 2. *S.* calyc. quinquangularibus striatis, caul. erecto subdichotomo, fol. subulatis.
illyrica. 7. *S.* calyc. subcylindricis, caul. erecto viscido-purpurascente: ramis alternis, coroll. punctatis.
Mant. 70.
Ocymoides. 4. *S.* calyc. cylindricis villosis, caul. dichotomis procumbentibus.
orientalis. 5. *S.* calyc. cylindricis villosis, caule dichotomo erecto patulo.
lutea. 6. *S.* calyc. teretibus, coroll. coronatis, flor. subumbellatis, fol. sublinearibus canaliculatis.

560. **DIANTHUS.** *Cal.* cylindricus, 1-phyllus:
589. basi squamis 4. *Petala* 5,
unguiculata. *Caps.* cylindrica,
1-locularis.

* *Flores aggregati.*

- barbatus.* 1. *D.* flor. aggregatis fasciculatis, squamis calycinis ovato-subulatis tubum aequantibus, fol. lanceolatis.
carthusianorum. 2. *D.* flor. subaggregatis, squamis calycinis ovatis aristatis tubum subaequantibus, fol. trineruis.
Armeria. 3. *D.* flor. aggregatis fasciculatis, squamis calycinis lanceolatis villosis tubum aequantibus.
prolifer. 4. *D.* flor. aggregatis capitatis, squamis calycinis ovatis obtusis muticis tubum superantibus.

* * *Flores solitarii, plures in eodem caule.*

- diminutus.* 5. *D.* flor. solitariis: squamis calycinis octonis florem superantibus. *Nimis affinis D. prolifero.*
Caryophyllus. 6. *D.* flor. solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis, corollis crenatis.

- pomeridianus*. 18. D. flor. solitariis : squamis calycinis binis cordatis brevissimis, coroll. emarginatis subintegerrimis.
Sp. pl. 1673.
- deltoides*. 7. D. flor. solitariis, squamis calycinis lanceolatis binis, coroll. crenatis.
- glaucus*. 8. D. flor. subsolitariis, squamis calycinis lanceolatis quaternis breuibus, coroll. crenatis.
- chinesis*. 9. D. flor. solitariis, squamis calycinis subulatis patulis tubum aequantibus, coroll. crenatis.
- monspeliacus*. 10. D. flor. solitariis, squamis calycinis subulatis longitudine tubi, coroll. multifidis, caule erecto.
- plumarius*. 12. D. flor. solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis, coroll. multifidis fauce pubescentibus. Caryophyllus sylvestris flore laciniato sine corniculis odoro. *Bauh. pin.* 210.
- superbus*. 11. D. flor. paniculatis, squamis calycinis breuibus acuminatis, coroll. multifido-capillaribus, caul. erecto. *Iacq. obj.* 40. t. 25.

*** *Caule unifloro herbaceo.*

- arenarius*. 13. D. caul. subunifloris, squamis calycinis ovatis obtusis, petalis multifidis, fol. linearibus.
- alpinus*. 14. D. caule unifloro, coroll. crenatis, squamis calycinis exterioribus tubum aequantibus, fol. linearibus obtusis.
- virginicus*. 15. D. caul. subunifloro, coroll. crenatis, squamis calycinis brevissimis, fol. subulatis.

*** *Frutescentes.*

- arboreus*. 16. D. caule fruticoso, foliis subulatis.
- fruticosus*. 17. D. caule fruticoso, foliis lanceolatis.

TRIGYNIA.

561. CUCUBALUS. *Cal.* inflatus. *Petala* 5, unguiculata, absque corona ad faucem: *Cap.* 3-locularis.
591.

- bacciferus*. 1. C. calyc. campanulatis. petal. distantibus, pericarpis coloratis, ram. diuaticatis.

- Behen.* 2. C. calyc. subglobosis glabris reticulato - venosis ,
capf. trilocularibus , coroll. subnudis.
- fabarius.* 3. C. fol. obouatis carnosis.
- viscosus.* 4. C. flor. lateralibus vndique decumbentibus , caul.
indiuiso , fol. basi reflexis.
- stellatus.* 5. C. foliis quaternis.
- aegyptia-* 7. C. flor. erectis , petal. emarginatis retroflexis : vtrin-
cus. que denticulo notatis.
- italicus.* 9. C. petal. semibifidis , calycibus clauatis , panicula di-
chotoma erecta , genitalibus declinatis , caul. erecto.
- tataricus.* 8. C. petal. bipartitis , flor. secundis decumbentibus , pe-
dunc. oppositis solitariis erectis , caule simplicissimo.
- sibiricus.* 7. C. petal. emarginatis , flor. subuerticillatis : verti-
cillis umbellatis aphyllis.
- catnolicus.* 10. C. petal. bipartitis , flor. paniculatis , stamin. longis ,
fol. lanceolato-ouatis.
- mollissimus.* 11. C. petalis semibifidis , panicula dichotoma , caule fo-
liisque holosericeis : radicalibus spatulatis.
- Orites.* 12. C. flor. dioicis , petal. linearibus indiuisis.
- reflexus.* 13. C. flor. spicatis alternis secundis subsessilibus , petalis
subbipartitis obsoletis. *Lychnis meridionalium*
annua hirsuta , floribus vno versu dispositis. Mo-
ris. hist. 2. p. 544. Rai. hist. 996.
- saxifra-* 14. C. petal. bifidis , calyc. striatis : terminalibus subsessili-
gus. bus ; lateralibus pedunculatis. *Mant. 71.*
- pumilio.* 15. C. caul. unifloris flore breuioribus. *Mant. 71.*

562. **SILENE.** *Cal. ventricosus. Petala 5 , ungui-*
594. *culata : coronata ad faucem. Caps.*
3 - locularis.

* *Floribus solitariis lateralibus.*

- anglica.* 1. S. hirsuta , petal. emarginatis , flor. erectis , fruct. re-
flexis pedunculatis alternis.
- lusitanica.* 2. S. hirsuta , petal. dentatis indiuisis , flor. erectis , fru-
ctibus diuaricato - reflexis alternis.
- quinquev.* 3. S. petal. integerrimis subrotundis , fruct. erectis al-
ternis.

- nocturna.* 4. S. flor. spicatis alternis secundis sessilibus, petalis bifidis.
- gallica.* 5. S. flor. subspicatis alternis secundis, petal. indivisis, fruct. erectis.
- cerastoides.* 6. S. hirsuta, petal. emarginatis, fructific. erectis, calyc. subsessilibus subpilosis.

* * *Floribus lateralibus confertis.*

- mutabilis.* 7. S. petal. bifidis, calyc. angulatis pedunculatis, fol. lanceolato-linearibus.
- nutans.* 8. S. petal. bifidis, flor. lateralibus secundis cernuis, panicula nutante.
- amoena.* 9. S. petal. bifidis: coronula subcoadunata, flor. secundis, pedunc. oppositis trifloris, ramis alternis.
- paradoxa.* 35. S. flor. racemosis, calyc. decem-fulcatis viscidis, floribus aliis, staminibus exsertis, aliis inclusis. *Sp. pl.* 1673. *Lychnis viscosa peregrina noctiflora odorata. Zanon. hist. t. 109. Petala bifida sunt.*
- fruticosa.* 10. S. petal. bifidis, caule fruticoso, fol. lato-lanceolatis, panic. trichotoma.
- bupleuroi-* 14. S. petal. bifidis, flor. pedunculatis oppositis bractea brevioribus, fol. lanceolatis acutis glabris.
- gigantea.* 13. S. petal. bifidis, fol. radicalibus cochleariformibus obtusissimis, flor. subverticillatis.
- crassifolia.* 11. S. petal. emarginatis, fol. suborbiculatis carnosis hirsutis, racemo secundo.
- viridiflora.* 12. S. petalis semibifidis, fol. ovatis scabriusculis acutis, panicula elongata subaphylla.

* * * *Floribus ex dichotomia caulis.*

- conoidea.* 15. S. calyc. fructus globosis acuminatis striis triginta, fol. glabris, petal. integris.
- conica.* 16. S. calyc. fructus conicis striis triginta, fol. mollibus, petal. bifidis.
- Behen.* 17. S. calyc. glabris ovatis venoso-reticulatis.
- stricta.* 18. S. petal. emarginatis, calyc. glabris reticulato-venosis acuminatis pedunculo longioribus, caule dichotomo stricto.
- pendula.* 19. S. calyc. fructiferis pendulis inflatis: angulis decem scabris.

- noctiflor.* 20. S. calyc. decemangularibus : dentibus tubum
aequantibus, caul. dichotomo, petal. bifidis.
- virginic.* 21. S. calyc. floris cylindricis, panic. dichotoma.
- antirrhina.* 22. S. petal. emarginatis, calyc. ovatis, pedunc. tri-
fidis, fol. lanceolatis subclatis.
- rubella.* 23. S. erecta laevis, calyc. subglobosis glabris veno-
sis, coroll. inapertis.
- inaperta.* 24. S. caule dichotomo paniculato, calyc. laevis, petal.
breuissimis emarginatis, fol. glabris lan-
ceolatis. *Sp. pl.* 19. 21.
- portensis.* 25. S. caul. dichotomo paniculato, calyc. striatis, pe-
tal. bifidis, fol. linearibus.
- cretica.* 26. S. erecta laevis, calyc. erectis decemangularibus,
petalis bifidis,
- Muscipula.* 27. S. petal. bifidis, caule dichotomo, flor. axillari-
bus sessilibus, fol. glabris.
- polyphyll.* 28. S. fol. fasciculatis setaceis : ramorum florentium
oppositis.
- Armeria.* 29. S. flor. fasciculatis fastigiatis, fol. superioribus cor-
datis glabris, petal. integris.
- quadrifida.* 30. S. petal. quadrilobis, caul. dichotomo, flor. pe-
dunculatis, fol. glabris recurvis.
- rupestris.* 31. S. flor. erectis, petal. emarginatis, calyc. tereti-
bus, fol. lanceolatis.
- Saxifraga.* 32. S. caul. subunifloris, pedunc. longitudine caulis, flo-
ribus hermaphroditis femineisque, petal. bifidis.
- vallesia.* 33. S. caul. subunifloris decumbentibus, fol. lanceo-
latis tomentosis longitudine calycis.
- acaulis.* 34. S. acaulis depressa, petal. emarginatis.

563. STELLARIA. Cal. 5-phyllus, patens. Petala
603. 5, bipartita. Caps. 1-locularis, polysperma.

- nemorum.* 1. S. fol. cordatis petiolatis, panicula pedunculis ra-
mosis.
- dichotoma.* 2. S. fol. ovatis sessilibus, caule dichotomo, flor. solita-
riis, pedunc. fructiferis reflexis.
- vadians.* 3. S. fol. lanceolatis serrulatis, petal. quinque partitis.
- Holostea.* 4. S. fol. lanceolatis serrulatis, petal. bifidis.

- graminea*. 5. *S.* fol. linearibus integerrimis, flor. paniculatis.
Cerastoid. 6. *S.* fol. oblongis, pedunc. subbifloris.
biflora. 7. *S.* fol. subulatis, scap. subbifloris, petal. emarginatis, germin. oblongis, calyc. striatis.
arenaria. 8. *S.* fol. spatulatis, caul. erecto bifido, ramis alternis, petal. emarginatis.

564. ARENARIA. *Cal.* 5-phyllus, patens. *Petala* 5, integra. *Caps.* 1-locularis, polysperma.

605.

- peploides*. 1. *A.* fol. ovatis acutis carnosis.
tetraquet. 2. *A.* fol. ovatis carinatis recurvis quadrifariam imbricatis. Caryophyllus saxatilis pericaefolius ramosus repens. *Bauh. pin.* 211. *prodr.* 125. *Burf. XI.* 135. *β.* Gypsophila aggregata. *Sp. pl.* 581. *Caul.* digitales, plures, simplicissimi. *Folia* linearia, carinata, recurvata, canaliculata, mucronata, striata, glabra, brevissima, approximata, basi subciliata et connata. *Capitulum* florum pedunculatum, fastigiatum, subquinqueflorum floribus sessilibus. *Calyx* 5-phyllus, foliolis lanceolatis: exterioribus maioribus. *Petala* 5, sessilia, lanceolata. *Styli* 3. *Capsula* 1-locularis, 5-valvis. *Semina* plura. *D. Schreber.*
biflora. 17. *A.* fol. obouatis obtusis, caul. procumbentibus, pedunc. bifloris lateralibus. *Mant.* 71.
lateriflor. 3. *A.* fol. ovatis obtusis, pedunc. laterali bifloro.
triinerviata. 4. *A.* fol. ovatis acutis petiolatis nervosis.
ciliata. 15. *A.* fol. ovatis nervosis ciliatis acutis.
multicaulis. 5. *A.* fol. ovatis enerviis sessilibus acutis: coroll. calyce maioribus. *Folia* magis minusve ciliata. *Flos* maximus. *Jacq.*
serpylli. 6. *A.* fol. subouatis acutis sessilibus, coroll. calyce brevioribus.
folia.
montana. 7. *A.* fol. lineari-lanceolatis scabris, caulibus sterilibus longissimis procumbentibus.
rubra. 8. *A.* fol. filiformibus, stipul. membranaceis vaginantibus.
media. 9. *A.* fol. linearibus carnosis, stipulis membranaceis, caul. pubescentibus.

- bauarica.* 10. A. fol. femicylindricis carnosis obtusis, petal. lanceolatis, pedunc. terminalibus subbinatis.
- gypsophioides.* 18. A. fol. linearibus: radicalibus setaceis, panicula subpubescente, petalis lanceolatis. *Mant.* 71.
- saxatilis.* 11. A. fol. subulatis, caul. paniculatis, calyc. foliolis ovatis obtusis.
- verna.* 19. A. fol. subulatis, caul. paniculatis, calyc. acuminatis striatis. *Mant.* 72.
- iuniperina.* 20. A. fol. subulatis spinosis, caul. erectis, calyc. striatis, capsul. oblongis. *Mant.* 72.
- tenuifol.* 12. A. fol. subulatis, caul. paniculato, caps. erectis, petalis calyce brevioribus lanceolatis. *Calycis foliola multum acuminata s. cristata, subtus lineis 2 viridibus picta. Petala lato-lanceolata, calyce $\frac{1}{2}$ breviora. Folia subulata, basi connata.*
- laricifol.* 13. A. fol. setaceis, caule superne nudiusculo, calyc. subhirsutis. *Magn. hort. t. II.*
- striata.* 14. A. fol. linearibus erectis appressis, calyc. oblongis striatis.
- grandiflora.* 17. A. fol. subulatis strictis: radicalibus confertis, caul. unifloris. *Calycis foliola caulinis latiora, striata, rigida. Capsulae oblongae, longitudine calycis. Varietas caule triflora missa a D. Turra.*

565. **CHERLERIA.** Cal. 5-phyllus. *Nectaria* 5-bifida, petaloidea. *Antherae* alternae steriles. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis.

Sedoides. I. **CHERLERIA.** *Folia* opposita, linearia, margine scabra, basi connata in vaginam; a casu foliorum remanent vaginae cum carina foliorum, quibus caulis inferne obustitur; hinc affinitas *Caryophyllorum*.

566. **GARIDELLA.** Cal. 5-phyllus, petaloideus. *Nectaria* 5, bilabiata, bifida. *Caps.* 3, connexae, polyspermae.

Nigellaft. I. **GARIDELLA.**

567. **MALPIGHIA.** *Cal.* 5-phyllus basi extus poris melliferis. *Petala* 5, subrotunda, unguiculata. *Bacca* 1-locularis, 3-sperma.

609.

- glabra.* 1. *M.* fol. ovatis integerrimis glabris, pedunc umbellatis.
punicifolia. 2. *M.* fol. ovatis integerrimis glabris, pedunc unifloris.
nitida. 3. *M.* fol. lanceolatis integerrimis glabris, spicis lateralibus.
urens. 4. *M.* fol. oblongo-ovatis: setis subtus decumbentibus rigidis, pedunc. unifloris aggregatis. *Mill. fig.* 181. *f.* 1. *Plum. ic.* 167. *f.* 1.
angustifolia. 4. *M.* fol. lineari-lanceolatis: setis utrinque decumbentibus rigidis, pedunc. umbellatis.
crassifolia. 6. *M.* fol. ovatis integerrimis subtus tomentosis, racem. terminalibus.
verbascifolia. 7. *M.* fol. lanceolato-ovatis tomentosis integerrimis, racem. terminalibus.
aquifolia. 8. *M.* fol. lanceolatis dentato-spinosis subtus hispidis.
coccigera. 9. *M.* fol. subovatis dentato-spinosis.

568. **BANISTERIA.** *Cal.* 5-partitus basi extus poris melliferis. *Petala* subrotunda, unguiculata. *Sem.* 3, membranaceo-alata.

611.

- angulosa.* 1. *B.* fol. sinuato-angulosis.
purpurea. 2. *B.* fol. ovatis, spicis lateralibus, semin. erectis.
laurifolia. 3. *B.* fol. ovato-oblongis rigidis, racemis terminalibus.
benghalensis. 4. *B.* fol. ovato-oblongis acuminatis, racem. lateralibus, semin. patentibus.
dichotoma. 5. *B.* fol. ovatis, ramis dichotomis.
fulgens. 6. *B.* fol. subovatis subtus tomentosis, racem. brachiatis, pedunc. umbellatis.
brachiata. 7. *B.* fol. subovatis, ramis brachiatis, semin. introrsum angustioribus.

569. **HIRAEA.** *Cal.* 5-phyllus. *Petala* subrotunda, vnguiculata. *Sem.* 3, bialata. *Gen. plant. edit.* 6. n. 574.

reclinata. 1. **HIRAEA.** *Jacq. amer.* 137. *Habitat* in Carthagens
 6. *distinguenda a Triopteride.*

570. **TRIOPTERIS.** *Cal.* 5-partitus. *Petala* mentiuntur germinis alae 6. *Sem.* 3, bialata. *Gen. plant. edit.* 5. n. 510.

jamaicensis. 1. **TRIOPTERIS.**

571. **ERYTHROXYLON.** *Cal.* turbinatus. *Cor.* petalis basi squamula nectarifera emarginata. *Stam.* basi connexa. *Drupa* 1-ocularis.
 612.

areolatum. 1. *E.* fol. obouatis. *Jacq. amer.* 134. t. 87. f. 1.
huuanense. 2. *E.* fol. ouatis. *Jacq. amer.* 135. t. 87. f. 2.

PENTAGYNIA.

572. **AVERRHOA.** *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, superne patentia. *Pomum* 5-gonium, 5-loculare.
 613.

Bilimbi. 1. *A.* caudice nudo fructificante, pomis oblongis obtusangulis.

Carambola. 2. *A.* axillis foliorum fructificantibus, pomis oblongis acutangulis.

acida. 3. *A.* ramis nudis fructificantibus, pomis subrotundis.

573. SPONDIAS. *Cal.* 5 - dentatus. *Cor.* 5 - petala.
613. *Drupa* nucleo 5 - loculari.

Mombin. 1. S. foliis petiolo communi compresso. Spondias *Myrobalanus* racemis sparsis, foliis multo brevioribus. *Jacq. amer.* 139. t. 88. Prunus americana officulo magno ex filamentis lignosis reticulatim conflato. *Pluk. alm.* 307. t. 218. f. 3.

Myrobalanus. 2. S. petiolis teretibus: foliolis nitidis acuminatis. Spondias. *Mombin* racemis terminalibus longitudine, folia aequantibus. *Jacq. amer.* 138. Arbor nuci iuglandi similis 5. f. Hobos. *Bauh. pin.* 417.

574. COTYLEDON. *Cal.* 5 - fidus. *Cor.* 1 - petala.
614. *Squamae* nectariferae 5, ad basin germinis. *Caps.* 5.

- orbiculat.* 1. C. fol. orbiculatis carnosissimis integerrimis.
spuria. 2. C. fol. spatulato - orbiculatis carnosissimis integerrimis.
Folia naturaliter opposita; monstroja variant alterna.
hemisph. 3. C. fol. semiglobosis.
ferrata. 4. C. fol. ovalibus crenatis, caule spicato.
spumosa. 5. C. fol. oblongis spinoso - mucronatis, caule spicato simplicissimo,
umbilicus. 6. C. fol. cucullato - peltatis serrato - dentatis alternis, caule ramoso, flor. erectis.
laciniata. 6. C. fol. laciniatis, flor. quadrifidis.
hispanica. 7. C. fol. oblongis subteretibus, flor. fasciculatis.

575. SEDVUM. *Cal.* 5 - fidus. *Cor.* 5 - petala. *Squamae*
616. nectariferae 5, ad basin germinis.
Caps. 5.

* *planifolia.*

- verticill.* 1. S. foliis quaternis.
Telephium. 2. S. fol. planiusculis serratis, corymbo folioso, caule erecto.
Ana am- gferos. 3. S. fol. cuneiformibus integerrimis, caul. decumbentibus, flor. corymbosis. *Habitat in Galloprovinciae rupibus.*

- Aizoon.* 4. S. fol. lanceolatis ferratis planis, caule erecto, cyma sessili terminali.
hybridum. 5. S. fol. cuneiformibus concavis subdentatis aggregatis, ram. repentibus, cyma terminali.
stellatum. 7. S. fol. planiusculis angulatis, flor. lateralibus sessilibus solitariis.
Cepaea. 8. S. fol. planis, caule ramoso, floribus paniculatis.
libanoticum. 6. S. fol. radicalibus fasciculatis spatulato-lanceolatis caule subnudo simplicissimo.

* * *teretifolia.*

- dasyphyllum.* 9. S. fol. oppositis ovatis obtusis carnosissimis, caule infirmo, flor. sparsis.
reflexum. 10. S. fol. subulatis sparsis basi solutis: inferioribus recurvatis.
rupestre. 11. S. fol. subulatis quinquefariis confertis basi solutis, flor. cymosis.
hispanicum. 12. S. fol. teretiusculis acutis: radicalibus fasciculatis, cyma pubescente.
album. 13. S. fol. oblongis obtusis teretiusculis sessilibus patentibus, cyma ramosa.
acre. 15. S. fol. subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis alternis, cyma trifida.
sexangulare. 16. S. fol. subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis sexfariam imbricatis.
annuum. 17. S. caul. erecto solitario annuo, fol. ovatis sessilibus gibbis alternis, cyma recurva.
villosum. 18. S. caule erecto, fol. planiusculis pedunculisque subpilosis. *Oed. dan. t. 24.*
atratum. 19. S. caule erecto, florib. corymbosis fastigiatis. *Sp. pl. 1673. Sedum saxatile, atro-rubentibus floribus. Bauh. pin. 283.*

* *Sedum rubens; vide Crassul. rub.*

576. PENTHORUM. *Cat.* 5-fidus. *Petala* nulla ad quinque. *Caps.* 5-cuspidata, 5-locularis.

Sedoïdes. 1. PENTHORUM.

577. **SURIANA.** *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Styli*
624. *inferti lateri interiori germinum.*
Sem. 5, nuda.

maritima. 1. **SVRIANA.** Thymelaeae facie frutex maritimus tetra-
spermus. *Sloan. iam.* 2. p. 29. t. 162. f. 4.

1235. **GRIELUM.** *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Filamen-*
ta persistencia. *Pericarpia* 5,
monosperma.

tenuifo- 1. **GRIELUM.** *Gen. plant.* 578. Ranunculo - platycar-
lium. *pos.* *Burm. afr.* 145. t. 53. *obs. in Generibus plant.*
stamina (non 5) sed decem esse.

578. **OXALIS.** *Cal.* 5-phyllus. *Petala* vnguibus
620. *connexa.* *Caps.* angulis dehiscens,
5-gona.

* *Scapo radicali.*

- Acetosella.* 1. **O.** scapo unifloro, fol. ternatis, radice squamosa
articulata.
purpurea. 2. **O.** scapo unifloro, foliis ternatis emarginatis ciliatis.
Petioli *pilosi.* Calyx *pubescens.* Corolla *purpuraf-*
cens tubo flavo. Filamenta 5 *exteriora breviora*
basi connata, dente distinguente singula interiora. Sti-
gmata plumosa, prostantia, extra filamenta longiora.
longiflor. 3. **O.** scapo unifloro, fol. ternatis semibifidis: lobis
lanceolatis.
flava. 4. **O.** scapo unifloro, fol. ternatis bipartitis.
violacea. 5. **O.** scapo umbellifero, fol. ternatis obcordatis, calyc.
apice callosis.
Pes capr. 6. **O.** scapo umbellifero, fol. ternatis subbipartitis: api-
ce subtus callosis.
sensitiva. 7. **O.** scapo umbellifero, fol. pinnatis.

* * *Foliis caulinis alternis.*

- versicolor.* 8. **O.** pedunc. unifloris, caule ramoso, fol. passim verti-
cillatis linearibus emarginatis apice subtus barbatis.
intra-

- incarnata.* 9. O. pedunc. vnifloris, caule ramoso bulbifero, fol. passim verticillatis: foliolis obcordatis.
hirta. 10. O. pedunc. vnifloris, caule ramoso, fol. sessilibus: foliolis lanceolatis.
cornicul. 11. O. pedunc. vmbelliferis, caule ramoso diffuso.
stricta. 12. O. pedunc. vmbelliferis, caule ramoso erecto.
frutescens. 13. O. pedunc. vmbelliferis, caule fruticoso, fol. ternatis ouatis: intermedio petiolato.
barrelieri. 14. O. pedunculis bifidis racemosis, caule ramoso erecto. *Fewill. peruv. 2. t. 23.*

579. AGROSTEMMA. *Cal.* 1-phyllus, coriaceus.
 624. *Petala* 5, vnguiculata: *Limbo* obtuso, indiuiso.
Caps. 1-locularis.

- Githago.* 1. A. hirsuta, calyc. corollam aequantibus, petal. integris nudis.
Coelirosa. 2. A. glabra, fol. lineari-lanceolatis, petal. emarginatis coronatis.
Coronar. 3. A. tomentosa, fol. ouato-lanceolatis, petal. emarginatis coronatis ferratis.
Flosiouis. 4. A. tomentosa, petal. emarginatis.

580. LYCHNIS. *Cal.* 1-phyllus, oblongus, laeuis.
 652. *Petala* 5, vnguiculata: *Limbo* subbifido. *Caps.* 5-locularis.

- chalcid.* 1. L. flor. fasciculatis fastigiatis.
Flos. cuc. 2. L. petal. quadrifidis, fructu subrotundo.
Viscaria. 3. L. petal. subintegris.
alpina. 4. L. petal. bifidis, floribus corymbosis. *Oed. dan. t. 65*
sibirica. 5. L. petal. bifidis, caule dichotomo, foliis subhirtis
dioica. 6. L. floribus dioicis.
apetala. 7. L. calyce inflato, coroll. calyce breuiore, caul. subunifloro hermaphroditico.

581. CERASTIUM. Cal. 5-phyllus. Petala bifida.
 -627.013. Caps. unilocularis, apice de-
 hiscens.

Capsulis oblongis.

- perfoliat.* 1. C. foliis connatis.
vulvatum. 2. C. fol. ovatis, petal. calyci aequalibus, caul. diffusis.
viscosum. 3. C. erectum villoso-viscosum.
semides. 4. C. flor. pentandris, petal. emarginatis.
pentandris. 5. C. flor. pentandris, petal. integris.
arvense. 6. C. fol. lineari-lanceolatis obtusis glabris, coroll.
 calyce maioribus.
dichotomum. 7. C. fol. lanceolatis, caule dichotomo ramosissimo,
 caps. erectis.
alpinum. 8. C. fol. ovato-lanceolatis, caule diuiso, caps. oblon-
 gis.

Capsulis subrotundis.

- repens.* 9. C. fol. lanceolatis, pedunc. ramosis, caps. subro-
 tundis.
strictum. 10. C. fol. linearibus acuminatis glabris, pedunc. uni-
 floris subtomentosis, caps. globosis.
suffruticosum. 11. C. caule perenni procumbente, fol. lineari-lanceo-
 latis subhirsutis.
maximum. 12. C. fol. lanceolatis scabris, petal. crenatis, capsu-
 lis globosis.
aquaticum. 13. C. fol. cordatis sessilibus, flor. solitariis, fruct. pen-
 dulis.
latifolium. 15. C. fol. ovatis subtomentosis, ram. unifloris, caps.
 globosis. *Caules prostrati, ramosi, ad angulos re-
 ctos diuaticati. Flores magni. Calyces campanula-
 ti G.*
tomentosum. 16. C. fol. oblongis tomentosiss, peduncul. ramosis,
 caps. globosis.
manticum. 14. C. glabrum, caule striato, fol. lanceolatis, pe-
 dunc. longissimis, caps. globosis. *Caulis erectus,
 simplex, pedalis, panicula trifida.*

586. SPERGVLA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, integra. *Caps.* ouata, 1-locularis, 5-valuis.

630.

- arvensis.* 1. *S.* fol. verticillatis, flor. decandris. *Hamel. cult. 6. p. 149. t. 1.*
- pentandr.* 2. *S.* fol. verticillatis, flor. pentandris.
- nodosa.* 3. *S.* fol. oppositis subulatis laeuibus, caul. simplicibus.
- laricina.* 4. *S.* fol. oppositis subulatis ciliatis fasciculatis.
- saginoi-* 5. *S.* fol. oppositis linearibus laeuibus, pedunc. solita-
des. riis longissimis, caul. repente. *Caulis procumbens, pollic. 2 altus. Folia linearia, opposita, ad genicula fasciculata. Pedunculi simplicissimi, longissimi, laterales absque bracteis. Flores cernui.*

1262. FORSKOHLIA. *Cal.* 5-phyllus, corolla longior. *Petala* 10. spatulata. *Perycarp.* nullum. *Sem.* 5, lana connexa.

tenacissima. 1. FORSKOHLIA. *Mant. 72. **

DECAGYNIA.

587, NEVRADA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Caps.* infera, 10-ocularis, 10-sperma, aculeata.

631.

- procumb.* 1. NEVRADA. (*excluso synonymo*) *Herba tota albicans, arachnoideo-tomentosa. Cotyledones sagittatae, Caules depressi, rigidi, teretes, palmares et ultra. Rami ex singulis alis inferioribus. Folia alterna, petiolata, ouata, plicata, eroso-sinuata, supra minus alba s. tomentosa. Flores axillares, subsessiles. Serenda cum calyce fructuque integro in aridissimis.*

588. PHYTOLACCA. Cal. 0. Petala 5, calycina.
 631. Bacca supera, 10-locularis.
 10-sperma.

octandra. 1. P. flor. octandris octagynis.
decandra. 2. P. flor. decandris decagynis.
icosandra. 3. P. flor. icosandris decagynis.
dioica. 4. P. flor. dioicis.

CLASSIS XI.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

591. BOCCONIA. Cor. 0. Cal. 2-phyllus, inferus.
Bacca extus sicca, 2-sperma.
1263. HUDSONIA. Cor. 0. Cal. 3-phyllus, inferus.
Caps. 1-locularis, 3-valuis, 3-sperma.
589. ASARUM. Cor. 0. Cal. 3-fidus, superus.
Caps. 6-locularis.
592. RHIZOPHORA. Cor. 4-partita. Cal. 4-partitus, inferus.
Sem. 1, clauatum receptaculo carnosio.
594. GARCINIA. Cor. 4-petala. Cal. 4-phyllus, inferus.
Bacca 8-sperma, coronata.
599. CRATAEVA. Cor. 4-petala. Cal. 4-fidus, inferus.
Bacca 2-locularis, pedicellata.
596. HALEZIA. Cor. sub 4-fida. Cal. 4-dentatus, superus.
Peric. 4-spermum, 4-angulatum.
600. TRIUMFETTA. Cor. 5-petala. Cal. 5-phyllus, inferus.
Caps. 4-locularis, 2-sperma, muricata.
601. PEGANUM. Cor. 5-petala. Cal. 5-phyllus, inferus.
Caps. 3-locularis. Stam. 15.
602. NITRARIA. Cor. 5-petala. Cal. 5-fidus, inferus.
Drupa 1-sperma. Stam. 15.
598. WINTERANA. Cor. 5-petala. Cal. 3-lobus, inferus.
Bacca 3-locularis, 2-sperma.
Nectar. antheriferum.
603. PORTULACA. Cor. 5-petala. Cal. 2-fidus, inferus.
Caps. 1-locularis, circumscissa.
604. LYTHRUM. Cor. 6-petala. Cal. 12-fidus, inferus.
Caps. 2-locularis.
605. GINORA. Cor. 6-petala. Cal. 6-fidus, inferus.
Caps. 1-locularis, 4-valuis.
593. BLAKEA. Cor. 6-petala. Cal. fruct. 6-phyllus: Flo-
ris superus indiuisus. Caps. 6-locularis.
Antherae connexae.
597. DECVMARIA. Cor. 10-petala. Cal. 10-phyllus, superus.

DODECANDRIA.

590. GETHYLLIS. Cor. 6-petaloidea. Spatha 1-phylla, supera.
Caps. 2-ocularis.
* *Cleome viscaria*, dodecandra.
* *Rivina octandra*.
Chironia dodecandra.

DIGYNIA.

606. HELIOCARPUS. Cor. 4-petala. Cal. 4-phyllus. Caps. 2-locul.
1-sperma, compresso-radiata.
607. AGRIMONIA. Cor. 5-petala. Cal. 5-fidus. Sem. 1. f. 2.

TRIGYNIA.

608. RESEDA. Cor. petal. multifid. Cal. partitus. Caps. 1-
ocularis, hians.
609. EUPHORBIA. Cor. petal. peltatis. Cal. ventricos. Caps. 3-
cocca.

TETRAGYNIA,

- * *Tormentilla erecta*.
Resedae aliquot.

PENTAGYNIA.

610. GLINUS. Cor. 0. nisi setulae. Cal. 5-phyllus. Caps. 5-loc.
Reseda purpurasc.

OCTAGYNIA.

611. ILLICIVM. Cor. 8-petala. Cal. 4-phyllus. Caps. 8, 1-sperm.
* *Nectar*. 8, subulata.

DODECAGYNIA.

612. SEMPERVIVUM. Cor. 12-petala. Cal. 12-partit. Caps. 12.

POLYGYNIA.

- * *Alisma cordifolia*.

MONO-

MONOGYNIA.

589. ASARVM. *Cal.* 3-f. 4-fidus, germini insidens.
633, *Cor.* o. *Caps.* coriacea, coronata.

europaeum. 1. A. fol. reniformibus obtusis binis.
canadens. 2. A. fol. reniformibus mucronatis.
virginic. 3. A. fol. cordatis obtusis glabris petiolatis.

591. BOCCONIA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* o. *Stylus.*
634. bifidus. *Bacca* exarida, mono-
sperma.

frutescens. 1. BOCCONIA.

590. GETHYLLIS. *Spatha.* *Cor.* 6-fida. *Stam.*
633. sexfariam inserta. *Caps.* 3-
locularis.

afra 1. GETHYLLIS.

592. RHIZOPHORA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-par-
634. tita. *Semen* 1, longissimum,
basi carnosum.

coniugata. 1. R. fol. ovato-oblongis obtusiusculis integerrimis, ca-
lyc. sessilibus, fruct. cylindraceo-subulatis.
gymnor- 2. R. fol. ovato-lanceolatis integerrimis, radice terrae
rhiza. superimposita.
Candel 3. R. fol. obtusis, pedunc. bigeminatis folio longiori-
bus, fruct. subulatis.
cornicu- 4. R. fol. ovatis, flor. confertis, fruct. arcuatis acumi-
lata. natis.
Mangle. 5. R. fol. acutis, fruct. subulato-clauatis. Rhizophora
pedunc. bifidis trifidisque, fruct. subulato-claua-
tis. *Jacq. amer.* 111. t. 89. Rhizophora utrinque
brachiata, fol. elliptico-ovatis: summis ramis dis-
positis. *Brown. iam.* 211. Mangle arbor pyrifolia,
fructu oblongo tereti, summis ramis radicosâ.
Pluk. alm. 24. t. 204. f. 3. Candela americana,
foliis laminis. *Catesb. car.* 2. p. 63. t. 63. Calyx 4-
fidus. *Petala* 4. *Stamina* 8.

- cylindric.* 5. R. fruct. cylindricis obtusis.
caseolaris. 6. R. fol. ovatis obtusis, flor. solitariis, fructib. orbiculatis depressis mucronatis.

593. **BLAKEA.** *Cal.* inferus, 6-phyllus; superus integer. *Petala* 6. *Capsula* 6-locularis, polysperma.

trinervia. I. **BLAKEA.**

594. **GARCINIA.** *Cal.* 4-phyllus, inferus. *Petala* 4. *Bacca* 8-sperma, coronata. *Stigmate* peltato.

Mangost. I. G. fol. ovatis, pedunc. unifloris.
celibica. A. G. fol. lanceolatis, pedunc. trifloris.

596. **HALESIA.** *Cal.* 4-dentatus, superus. *Cor.* 4-fida. *Nux.* 4-angularis, 2-sperma.

tetraptera. I. H. fol. lanceolato-ovatis, petiolis glandulosis.
diptera. 2. H. fol. ovatis, petiolis laevibus.

597. **DECUMARIA.** *Cal.* 10-phyllus, superus. *Petala* 10. *Fructus* hodie ignotus.

barbara. I. **DECUMARIA.** *An dioica?*

598. **WINTERANIA.** *Cal.* 3-lobus. *Pet.* 5. *Antherae* 16, adnatae nectario vrceolato. *Bacca* 3-locularis. *Sem.* 2.

Canella. I. **WINTERANIA.**

599. **CRATAEVA.** *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus, *Bacca* 1-locularis, polysperma.

gynandria. I. C. inermis fol. integerrimis, flor. gynandris. *Tapia.*

Tapia. 2. *C.* inermis, fol. integerrimis; foliolis lateralibus basi antica brevioribus. *Calyx* quadrifidus.

Marmelos. 3. *C.* spinosa, fol. ferratis. *Calyx* quinquefidus. *Petala* nulla. *Stam.* 60.

600. **TRIVMFETTA.** *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.* hispida, in 4 diffiliens.

637.

Lappula. 1. *T.* fol. basi emarginatis, flor. ecalyculatis. *Triumfetta* floribus calyce destitutis. *Jacq. amer.* 146. (excluso synonym. *Brownii*) *singulare quod calyx nullus sit.*

Barttram. 1. *T.* fol. basi integris indivisis.

Semitriloba. 2. *T.* fol. semitrilobis, flor. completis. *Mant.* 73.

annua. 3. *T.* fol. ovatis indivisis rariusue lobatis. *Mant.* 73.

601. **PEGANVM.** *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus f. 0. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis, polysperma.

638.

Harmala. 1. *P.* fol. multifidis.

daurica. 2. *P.* fol. indivisis.

1263. **HUDSONIA.** *Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus, tubulosus. *Stam.* 15. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis, 3-sperma.

ericoides. **HUDSONIA.** *Mant.* 73.

602. **NITRARIA.** *Cor.* 5-petala, petalis apice fornicatis. *Cal.* 5-fidus. *Stam.* 15. *Drupa* monosperma.

638.

Scheberi. 1. **NITRARIA.** *Atl. petrop.* 7. ann. 1741. p. 315. t. 10.

603. PORTULACA. Cor. 5-petala. Cal. 2-fidus.
638. Caps. 1-locularis, circumscissa.

- oleracea.* 1. P. fol. cuneiformibus, flor. sessilibus.
pilosa. 2. P. fol. subulatis alternis: axillis pilosis, flor. sessilibus terminalibus.
quadrifida. 7. P. bracteis quaternis, flor. quadrifidis, caule geniculis pilosis. *Mant.* 73.
halimoides. 3. P. fol. oblongis carnosis, caul. corymbofo, flor. sessilibus.
racemosa. 5. P. fol. obouatis planiusculis, racemo simplici triquetro. *Portulaca triangularis.* *Jacq. obs.* 35. t. 23. *Caps. triualuis.*
Anacampseros. 4. P. fol. ouatis gibbis, pedunc. multifloro, caule fruticoso. *Capsula triualuis.*
fruticosa. 6. P. fol. obouatis planiusculis, pedunc. racemosis, caule fruticoso. *Cal. 5-phyllus. Capsula 3-valuis.*

604. LYTHRUM. Cal. 12-fidus. Pet. la 6, calyci inserta. Caps. 2-locularis, polysperma.
640.

- Salicaria.* 1. L. fol. oppositis cordato-lanceolatis, flor. spicatis dodecandris.
virgatum. 10. L. fol. oppositis lanceolatis, panic. virgata, flor. dodecandris ternis. *Lythrum austriacum* foliis oppositis lineari-lanceolatis subsessilibus nitidis. *Jacq. vinl.* 243. *Lyfimachia rubra* non siliquosa. *Bauh. pin.* 246. *Lyfimachia purpurea* 2 s. minor. *Clus. hist.* 2. p. 51. *Variat variis foliis alternis.*
fruticosum. 4. L. fol. oppositis subtus tomentosis, flor. decandris, coroll. calyce, calyceque genitalibus breuioribus.
verticillatum. 4. L. fol. oppositis subtus tomentosis subpetiolatis, flor. verticillatis lateralibus.
petiolatum. 5. L. fol. oppositis linearibus petiolatis, flor. dodecandris.
lineare. 6. L. fol. oppositis linearibus, flor. oppositis hexandris.
Parsonsia. 3. L. fol. oppositis ovalibus, flor. alternis hexandris sessilibus, caule diffuso.

Melani- 7. L. fol. oppositis ovatis, flor. alternis subdecandris,
um. caule prostrato.

Hyssopif. 8. L. fol. alternis linearibus, flor. hexandris.

thymifol. 9. L. fol. alternis linearibus, flor. tetrapetalis.

605. GINORA. *Cal.* 6-fidus. *Petala* 6. *Capsf.* 1-lo-
642. cularis, 4-valvis, colorata, poly-
sperma.

americana. 1. GINORA. *Jacq. amer.* 148. t. 91.

DIGYNIA.

606. HELIOCARPVS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4.
643. *Styli* simplices. *Capsf.* 2-lo-
cularis, compressa vtrin-
que longitudinaliter ra-
diata.

americ. 1. HELIOCARPVS.

607. AGRIMONIA. *Cal.* 5-dentatus, altero obual-
643. latus. *Petala* 5. *Sem.* 2, in
fundo calycis.

Eupato- 1. A. fol. caulinis pinnatis: impari petiolato, fruct. hi-
ria. spidis

repens. 2. A. fol. caulinis pinnatis: impari sessili, fruct. hispidis.

Agrimo- 3. A. fol. caulinis ternatis, fruct. glabris.
nioides.

TRIGYNIA.

608. RESEDA. *Cal.* 1-phyllus, partitus. *Petala*
643. laciniata. *Capsf.* ore dehiscens, 1-
locularis.

Luteola. 1. R. fol. lanceolatis integris basi vtrinque unidentatis,
calyc. quadrifidis.

- canescens.* 2. R. fol. lanceolatis undulatis pilosis. *Radix perennis. Caulis pedalis, erectiusculus, pilosus pilis albis. Rami ex alis superioribus seriores. Folia alterna, sessilia, lanceolata, carina pilosa, vix ciliata, integerrima absque dente, undulata. Racemus terminalis. Floribus albis. Antherae luteae 11. Germina 6, insidentia stipiti communi.*
- glauca.* 3. R. fol. linearibus basi dentatis, flor. tetragynis.
- purpurasc.* 4. R. fol. linearibus obtusis, flor. pentagynis.
- Sesamoid.* 5. R. fol. lanceolatis integris, fruct. stellatis.
- fruticulo-* 7. R. fol. pinnatis apice recurvatis, flor. tetragynis, *sa.* calyc. patentibus quinquepartitis, caule basi fruticoso.
- alba.* 8. R. fol. pinnatis, flor. tetragynis, calyc. sexpartitis.
- undata.* 6. R. fol. pinnatis undulatis, flor. trigynis tetragynisue.
- lutea.* 9. R. fol. omnibus trifidis: inferioribus pinnatis.
- Phyteum.* 10. R. fol. integris trilobisque, cal. maximis sexpartis.
- odorata.* 11. R. fol. integris trilobisque, calyc. florem aequantibus.

609. **EUPHORBIA.** *Cor. 4-f. 5-petala, calyci insidens. Cal. 1-phyllus, ventricosus. Caps. 3-cocca.*

646.

* *Fruticosae, aculeatae.*

- antiquorum.* 1. E. aculeata subnuda triangularis articulata: ramis patentibus.
- canariens.* 2. E. aculeata nuda subquadrangularis: aculeis geminatis.
- heptagona.* 3. E. aculeata nuda septemangularis: spinis solitariis subulatis floriferis.
- mammill.* 4. E. aculeata nuda: angulis tuberosis: spinis interstitiis.
- cereiform.* 5. E. aculeata nuda multangularis: spinis solitariis subulatis.
- officinarum* 6. E. aculeata nuda multangularis: aculeis geminatis.
- neris, fol.* 7. E. aculeata seminuda: angulis oblique tuberculatis.

** *Fruticosae, inermes.*

(*Caulis nec dichotomus, nec umbelliferus.*)

- Caput medusae.* 8. E. inermis imbricata tuberculis foliolo lineari instructis.

vini-

- viminal.* 9. E. inermis nuda fruticosa filiformis volubilis: cicatricibus oppositis.
- mauritanica.* 10. E. inermis seminuda fruticosa filiformis flaccida, fol. alternis.
- Tirucalli.* 11. E. inermis seminuda fruticosa filiformis erecta, ram. patulis determinate confertis.
- Tithymaloides.* 12. E. inermis fruticosa, fol. distiche alternis ovatis. *Jacq. amer. 149. t. 92.*
- heterophylla.* 13. E. inermis, fol. serratis petiolatis difformibus: ovatis lanceolatis panduriformibus.
- cotinisfol.* 14. E. fol. oppositis subcordatis petiolatis emarginatis integerrimis, caule fruticoso.
- ocymoides.* 15. E. inermis herbacea ramosa, fol. subcordatis integerrimis petiolo brevioribus, flor. solitariis.

* * * *Dichotomae (umbella bifida aut nulla).*

- origanoides.* 16. E. dichotoma, fol. serrulatis ovatis obtusis trinerviis, panicula terminali, caul. simplicibus.
- hypericifolia.* 17. E. dichotoma, fol. serratis, ovali-oblongis glabris, corymb. terminalibus, ramis diuarcatis.
- hirta.* 18. E. dichotoma, fol. serrulatis ovatis acuminatis, pedunc. capitatis axillaribus, caul. pilosis.
- pilulifer.* 19. E. dichotoma, fol. serratis ovali-oblongis, pedunc. bicapitatis axillaribus, caule erecto.
- hyssopifolia.* 20. E. dichotoma, fol. subcrenatis linearibus, flor. fasciculatis terminalibus, caul. erecto.
- thymifol.* 21. E. dichotoma, fol. serratis ovali-oblongis, capitulis axillaribus glomeratis subsessilibus, caul. procumbentibus.
- maculata.* 22. E. dichotoma, fol. serratis oblongis pilosis, flor. axillaribus solitariis, ram. patulis.
- parviflora.* 23. E. subdichotoma, fol. serratis oblongis glabris, flor. solitariis, caul. erectiusculo alterne ramoso. *Folia saepe macula fuscâ. Calyces purpurei. Petala alba.*
- canescens.* 24. E. dichotoma, fol. integris subrotundis pilosis, flor. solitariis axillaribus, caul. procumbentibus.
- Chamaesyce.* 25. E. dichotoma, fol. crenulatis subrotundis glabris, flor. solitariis axillaribus, caul. procumbentibus.
- Peplis.* 26. E. dichotoma, fol. integerrimis semicordatis, flor. solitariis axillaribus, caul. procumbentibus.

- polygoni-
folia.* 27. E. fol. oppositis integerrimis lanceolatis obtusis, flor. solitariis axillaribus, caul. procumbentibus.
- graminea.* 63. E. dichotoma, fol. lanceolato-ellipticis petiolatis integerrimis, caul. erecto, pedunc. dichotomis. *Jacq. amer. 151. Mant. 74.*
- Ipecacu-
anhae.* 28. E. dichotoma, fol. integerrimis lanceolatis, pedunc. axillaribus unifloris folia aequantibus, caule erecto.
- portula-
coides.* 29. E. dichotoma, fol. integerrimis ovalibus retusis, pedunc. axillaribus unifloris folia aequantibus, caule erecto.
- myrtifo-
lia.* 30. E. dichotoma, fol. integerrimis subrotundis emarginatis subtus incanis, flor. solitariis, caul. erecto.

* *Vmbella trifida.*

- Peplus.* 31. E. umbella trifida: dichotoma, involucellis ovalibus, fol. integerrimis obovatis petiolatis.
- falcata.* 32. E. umbella trifida: dichotoma, involucellis subcordatis mucronatis, fol. lanceolatis obtusiusculis. *Tithymalus annuus supinus, fol. rotundiore acuminato. Tournef. instit. 87. Pithyusa minor subrotundis et acutis foliis. Barr. ic. 741.*
- exigua.* 34. E. umbella trifida: dichotoma, involucellis lanceolatis, fol. linearibus.
- tuberosa.* 35. E. umbella trifida, involucro tetraphyllo, caule nudo, fol. oblongis emarginatis.

** *Vmbella quadrifida.*

- Lathyris.* 36. E. umbella quadrifida: dichotoma, fol. oppositis integerrimis.
- terraccina.* 33. E. umbella quadrifida: dichotoma, fol. alternis lanceolatis retusis mucronatis. *Euphorbia umbella quadrifida: bifida, foliis cuneiformi-linearibus tridentatis. Allion. corsic. 209. t. 3?*
- Apios.* 38. E. umbella quadrifida: bifida involucellis reniformibus: primis obcordatis. *Rami steriles. Foliis lineari-lanceolatis, obtusis; Floriferi vero subrotundo-ovatis. Umbella 4-fida, 2-fida, nec ultra. Involucrum uniuersale 4-phyllum: foliolis subrotundis, vix acutis. Involucella priora foliolis obcordatis; posteriora reniformibus, vix mucronatis.*

* * * *Vmbella quinquefida.*

- Spinosa.* 37. E. vmbella subquinquefida : simplici, inuolucellis ouatis; primariis triphyllis, fol. oblongis integerrimis, caule fruticoso. *Flores saepius solitarii. Capsulae verrucosae.*
- epithymoides.* 30. E. vmbella quinquefida : bifida, inuolucellis ouatis, fol. lanceolatis obtusis subtus villosis.
- dulcis.* 40. E. vmbella quinquefida : bifida, inuolucell. subouatis, fol. lanceolatis obtusis integerrimis. *Tithymalus tuberosus germanicus. Bauh. pin. 292. Juss. inuolucella subtilissime serrata. Fructus ruber.*
- Pithyusa.* 41. E. vmbella quinquefida : bifida, inuolucell. ouatis mucronatis, fol. lanceolatis : infimis inuolutis retrorsum imbricatis.
- portlandica.* 42. E. vmbella quinquefida : dichotoma, inuolucell. subcordatis concavis, fol. lineari-lanceolatis glabris patentibus.
- Paralias.* 43. E. vmbella subquinquefida : bifida, inuolucell. cordato-reniformibus, fol. sursum imbricatis.
- aleppica.* 44. E. vmbella quinquefida : dichotoma, inuolucell. o-uato-lanceolatis mucronatis, fol. inferioribus fetaceis.
- pinca.* 64. E. vmbella quinquefida : dichotoma, inuolucell. cordatis, fol. linearibus acuminatis confertis, caps. laeuisculis.
- segetalis.* 45. E. vmbella quinquefida : dichotoma, inuolucell. cordatis acutis, fol. lineari-lanceolatis : superioribus latioribus. *Ger. prou. 538.*
- helioscopia.* 46. E. vmbella quinquefida : trifida : dichotoma, inuolucell. obouatis, fol. cuneiformibus ferratis.
- serrata.* 47. E. vmbella quinquefida : trifida : dichotoma, inuolucell. diphyllis reniformibus, fol. amplexicaulibus cordatis ferratis.
- verrucosa.* 48. E. vmbella quinquefida : subtrifida : bifida, inuolucell. ouatis, fol. lanceolatis ferratis villosis, caps. verrucosis.
- corollata.* 49. E. vmbella quinquefida : trifida : dichotoma, inuolucell. folisque oblongis obtusis, petal. membranaceis.
- coralloides.* 50. E. vmbella quinquefida : trifida : dichotoma inuolucell. ouatis, fol. lanceolatis, caps. lanatis.

- pilosa.* 51. E. umbella quinquefida: trifida: bifida, inuolucell. ouatis, petal. integris, fol. lanceolatis subpilosus apice ferrulatis... *Similis E. palustri.*
- orientalis.* 52. E. umbella quinquefida: quadrifida: dichotoma, inuolucell. subrotundis acutis, fol. lanceolatis.
- plathyphyllos.* 53. E. umbell. quinquefida: trifida: dichotoma, inuolucell. carina pilosis, fol. ferratis lanceolatis, caps. verrucosis.
- * * * * *Umbella multifida.*
- Esula.* 54. E. umbella multifida: bifida, inuolucell. subcordatis, petal. subbicornibus, ram. sterilibus, fol. uniformibus.
- Cyparissias.* 55. E. umbella multifida: dichotoma, inuolucell. subcordatis, ramis sterilibus foliis fetaceis; caulibus lanceolatis.
- myrsinites.* 56. E. umbella suboctifida: bifida, inuolucell. subouatis, fol. spatulatis patentibus carnosus mucronatis margine scabris.
- palustris.* 57. E. umbella multifida: subtrifida: bifida, inuolucell. ouatis, fol. lanceolatis, ramis sterilibus.
- hyberna.* 58. E. umbella sexfida: dichotoma, inuolucell. oualibus, fol. integerrimis, ramis nullis, caps. verrucosis.
- dendroides.* 59. E. umbella multifida: dichotoma, inuolucell. subcordatis: primariis triphyllis, caule arboreo.
- amygdaloides.* 60. E. umbella multifida: dichotoma, inuolucell. perfoliatis orbiculatis, fol. obtusis.
- sylvatica.* 62. E. umbella quinquefida: bifida, inuolucell. perfoliatis subcordatis, fol. lanceolatis integerrimis.
- Characias.* 61. E. umbella multifida: bifida, inuolucell. perfoliatis emarginatis, fol. integerrimis, caule trutescente.

PENTAGYNIA.

610. GLINVS. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* nulla. *Nectaria* fetis bifidis. *Caps.* 5-angularis, 5-ocularis, 5-valuis, polysperma.

lotoides. I. GLINVS.

OCTA-

OCTAGYNIA.

611 **ILLICIVM.** *Cal.* 4-phyllus, deciduus. *Petala*
 664. 8. *Nectaria* 8, petaloidea, tubu-
 lata. *Stam.* 16: antheris bifidis.
Caps. ovatae, compressae, mo-
 nospermae.

anisatum. 1. **ILLICIVM.**

DODECAGYNIA.

612. **SEMPERVIVUM.** *Cal.* 12-partitus. *Petala*
 694. 12. *Caps.* 12, polyspermae.

- arboreum.* 1. *S.* caule arborecente laevi ramoso.
canariens. 2. *S.* caule foliorum ruderibus lacero, fol. retusis.
tectorum. 3. *S.* fol. ciliatis, propaginibus patentibus.
globife- 4. *S.* fol. ciliatis, propaginibus globosis. *Hexandra he-*
rum. *xagyna. Jacq.*
arachnio- 7. *S.* fol. pilis intertextis, propaginibus globosis. *Va-*
deum. *rietas S. montani. Hall.*
hirtum. 5. *S.* fol. caule petalorumque apicibus hirtis.
montanum. 6. *S.* fol. integerrimis, propaginibus patulis.

CLASSIS XII.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

613. CACTVS. *Cal.* superus, 1-phyllus. *Cor.* multifida.
Bacca 1-locularis, polysperma.
616. EVGENIA. *Cal.* superus, 4-partitus. *Cor.* 4-petala.
Drupa. 1-locularis, 1-sperma.
614. PHILADELPHVS. *Cal.* superus, 5-f. 4-partitus. *Cor.* 5-f. 4-petala.
Capsf. 5-f. 4-locularis, polysperma.
615. PSIDIVM. *Cal.* superus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala.
Bacca 1-locularis, polysperma.
617. MYRTVS. *Cal.* superus, 5-fidus. *Cor.* sub 5-petala.
Bacca 3-locularis, 1-sperma.
618. PVNICA. *Cal.* superus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala.
Pomum 10-loculare, polyspermum.
619. AMYGDALVS. *Cal.* inferus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala.
Drupa nucleo foraminuloso.
620. PRVNVS. *Cal.* inferus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala.
Drupa nucleo integro.
621. CHRYSOBALANVS. *Cal.* inferus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala.
Drupa nucleo sulcato.

DIGYNIA.

622. CRATAEGVS. *Cal.* superus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala,
Bacca 2-sperma.

TRIGYNIA.

623. SORBVS. *Cal.* superus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala.
Bacca 3-sperma.
624. SESUVIVM. *Cal.* inferus, 5-fidus. *Cor.* nulla.
Capsf. 3-locularis, circumscissa.

PENTAGYNIA.

627. TETRAGONIA. *Cal.* superus, 5-f. 4-fidus. *Cor.* 0.
Peric. nucleo 5-f. 4-loculari.
625. MESPILVS. *Cal.* superus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala.
Bacca 5-sperma.

626. PYRUS. Cal. superus, 5-fidus. Cor. 5-petala.
Pomum 5-loculare, polyspermum.
628. MESEMBRYANT. Cal. superus, 5-fidus. Cor. multifida.
Caps. carnosā, locularis, polysperma.
629. AIZOON. Cal. inferus, 5-fidus. Cor. o.
Caps. 5-locularis, polysperma.
630. SPIRAEA. Cal. inferus, 5-fidus. Cor. 5-petala.
Caps. plures, congestae.

POLYGYNIA.

631. ROSA. Cal. 5-fidus. Cor. 5-petala. Cal. baccatus, polyspermus.
632. RUBUS. Cal. 5-fidus. Cor. 5-petala. Bacca composita.
635. TORMENTILLA. Cal. 8-fidus. Cor. 4-petala. Sem. 8, mutica.
637. DRYAS. Cal. 8-fidus. Cor. 8-petala. Sem. plurima: arista lanata.
633. FRAGARIA. Cal. 10-fidus. Cor. 5-petala. Sem. plurima supra recept. baccatum, decidua.
634. POTENTILLA. Cal. 10-fidus. Cor. 5-petala. Sem. plurima, mutica.
636. GEUM. Cal. 10-fidus. Cor. 5-petala. Sem. plurima: arista geniculata.
638. COMARUM. Cal. 10-fidus. Cor. 5-petala. Sem. plurima supra recept. carnosum persistens.
639. CALYCANTHUS. Cal. squamosus, corollinus. Cor. o. Sem. caudata calyce succulento.

* *Spiraea Filipendula, Ulmaria.*
Phytolacca icosandra.

MONOGYNIA.

613. CACTVS. Cal. 1-phyllus, superus, imbricatus. Cor. multiplex. Bacca 1-locularis, polysperma.

666.

* Echinomelocacti subrotundi.

- mammill. 1. C. subrotundus tectus tuberculis ouatis barbatis.
 Melocact. 2. C. subrotundus quatuordecimangularis.
 β. Cactus subrotundus 14-angularis: spinis longis recuruis albidis. *Mill. dict.*
 γ. Cactus subrotundus 15-angularis: spinis latis recuruis creberrimis. *Mill. dict.*
 δ. Cactus subrotundus 15-angularis, spinis rectis, angulis in spiram contortis. *Mill. dict.*

* * Cerei erecti stantes per se.

- Pitaiaya. 24. C. erectus triangularis. *Jacq. amer. 151. e Carthage.*
 heptagon. 3. C. erectus oblongus septemangularis.
 tetragon. 4. C. erectus, quadrangularis longus angulis compressis.
 hexagon. 5. C. erectus sexangularis longus, angulis distantibus.
 pentagon. 6. C. erectus subquingularis longius articulatus.
 repandus. 7. C. erectus longus octangularis: angulis compressis undatis, spinis lana longioribus.
 lanuginosus. 8. C. erectus longus subnouemangularis: angulis obsoletis, spinis lana breuioribus.
 peruuanus. 9. C. erectus longus suboctangularis: angulis obtusis. *Anguli superne inermes. Mill.*
 Royeni. 10. C. erectus articulatus nouemangularis: articulis subouatis, spinis lanam aequantibus. *Cereus erectus gracilis spinosissimus: spinis flauis, polygonus, lanugine albo-pallescente. Boerrh. lugdb. 1. p. 293. Cereus erectus, fructu rubro non spinoso, lanuginosus. Herm. par. 115.*

* * * Cerei repentes radiculis lateralibus.

- grandifl. 11. C. repens subquingularis. *Herm. par. 120.*
 flagellif. 12. C. repens decemangularis.
 parasitic. 13. C. repens teres striatus muticus.

- triangula-* 14. *C. repens triangularis.* *Jacq amer.* 152. *Act. hely-*
ris. 5. p. 268. t. 2. *Melocactus americanus repens*
trigonus, flore albo, fructu violaceo. *Plum. ic.*
199, 200?
- * * * * *Opuntiae compressae articulis proliferis.*
- monili-* 15. *C. articulato-prolifer, articulis globosis spinosis glo-*
formis. meratis. *Plum. ic.* 198.
- Opuntia.* 16. *C. articulato-prolifer laxus, articulis ovatis, spinis*
setaceis.
- Ficus in-* 17. *C. articulato - prolifer, articulis ovato-oblongis,*
dica. spinis setaceis.
- Tuna.* 18. *C. articulato - prolifer, articulis ovato - oblongis,*
spinis subulatis.
- cochenil-* 19. *C. articulato - prolifer, articulis ovato-oblongis sub-*
lifer. lnermibus.
- curaßau-* 20. *C. articulato - prolifer, articulis cylindrico-ventri-*
cus. cosis compressis.
- Phyllant.* 21. *C. prolifer ensiformis-compressus ferrato-repandus.*
- Pereskia.* 22. *C. caule arboreo tereti: aculeis geminis recurvis,*
fol. lanceolato - ovatis.
- portulaci-* 23. *C. caule tereti arboreo spinoso, fol. cuneiformibus*
folius. retusis.

614. PHILADELPHVS. *Cal.* 4-f. 5-partitus, supe-
671. rus. *Petala* 4-f. 5. *Caps.*
4-f. 5-locularis, poly-
sperma.

- coronar.* 1. *P. foliis subdentatis.*
inodorus. 2. *P. foliis integerrimis.*

615. PSIDIUM. *Cal.* 5-fidus, superus. *Petala* 5.
672. *Bacca* 1-locularis, polysperma.

- pyriferum.* 1. *P. fol. lineatis obtusiusculis, pedunc. unifloris. Gua-*
jaua vulgo.
- pomife-* 2. *P. fol. lineatis acuminatis, pedunc. trifloris. Cuja-*
rum. *uus vulgo.*

616. EVGENIA. Cal. 4-partitus, superus. Petala
672. 4. Drupa 1-sperma, 4-angularis.

- malaccensis.* 1. E. fol. integerrimis, pedunc. ramosis lateralibus.
Iambos. 2. E. fol. integerrimis, pedunc. ramosis terminalibus.
Pseudopsidium. 6. E. fol. integerrimis, pedunc. unifloris pluribus lateralibus terminalibusque. *Jacq. amer. 152. e Martinica.*
uniflora. 3. E. fol. integerrimis, pedunc. unifloris lateralibus.
acutangula. 4. E. fol. crenatis, pedunc. terminalibus, pomis oblongis acutangulis.
racemosa. 5. E. fol. crenatis, racem. longissimis, pomis ovatis.

617. MYRTVS. Cal. 5-fidus, superus. Petala 5.
673. Bacca 2-f. 3-sperma.

- commun.* 1. M. flor. solitariis: involucro diphylo.
brasilian. 2. M. flor. solitariis, pedunc. nudis, petal. subciliatis.
biflora. 3. M. pedunc. bifloris, fol. lanceolatis.
lucida. 4. M. pedunc. subtrifloris, fol. subsessilibus lanceolatis attenuatis.
eumini. 5. M. pedunc. multifloris. foliis lanceolato-ovatis.
dioica. 6. M. pedunc. trichotomo-paniculatis, fol. oblongis, flor. dioicis.
Chytraculia. 7. M. pedunc. dichotomis paniculatis tomentosis, fol. terminalibus subovatis geminis.
Zuzygium. 8. M. pedunc. multifloris, ramis dichotomis, fol. geminis subovatis terminalibus.
Zeylanic. 9. M. pedunc. multifloris, fol. ovatis subpetiolatis.
anarofuem. 10. M. pedunc. trifido-multifloris, fol. subovatis sessilibus.
caryoph. 11. M. pedunc. trifido-multifloris, fol. obovatis.
anustifolia. 14. M. pedunc. umbellatis, fol. lineari-lanceolatis subsessilibus. *Mant. 74.*
Pimenta. 12. M. foliis alternis. Calyx fructus inferus quadridentatus; floris vero superus quadripartitus. Bacca 2-sperma.

618. PVNICA. *Cal.* 5-fidus, superus. *Petala* 5.
676. *Pomum* multiloculare, polysper-
mum.

Granatum. 1. *P.* fol. lanceolatis, caul. arboreo.
nana. 2. *P.* fol. linearibus. caul. fruticoso. *Altitudo ped.* 5.
Folia breviora, angustiora. Floret tota aestate.

619. AMYGDALVS. *Cal.* 5-fidus, inferus. *Peta-*
676. *la* 5. *Drupa* nuce poris per-
forata.

Persica. 1. *A.* fol. serraturis omnibus acutis, flor. sessilibus so-
litariis.
communis. 2. *A.* fol. serraturis infimis glandulosis, flor. sessilibus
geminis.
pumila. 3. *A.* fol. venoso-rugosis. *Mant.* 74
nana. 4. *A.* fol. basi attenuatis.

620. PRVNVS. *Cal.* 5-fidus, inferus. *Petala* 5.
677. *Drupae* nux futuris prominulis.

Padus. 1. *P.* flor. racemosis, fol. deciduis basi subtus biglan-
dulosis.
virginiana. 2. *P.* flor. racemosis, fol. deciduis basi antice glandu-
losis.
canadensis. 3. *P.* flor. racemosis, fol. deciduis eglandulosis lato-lan-
ceolatis rugosis vtrinque pubescentibus (*excluso*
synonymo du Hamelii.)
lysitanic. 4. *P.* flor. racemosis, fol. semperuientibus eglandu-
losis.
Lauro- 5. *P.* flor. racemosis, fol. semperuientibus dorso bi-
Cerasus. glandulosis.
Mahaleb. 6. *P.* flor. corymbosis terminalibus, fol. ouatis.
Armen. 7. *P.* flor. sessilibus, fol. subcordatis.
Sibirica. 8. *P.* flor. sessilibus, fol. ouato-oblongis.
pumila. 14. *P.* flor. subumbellatis, fol. angusto-lanceolatis.
Mant. 75.

- Cerasus*. 9. P. umbellis subpedunculatis, fol. ovato-lanceolatis glabris conduplicatis.
- aurum*. 10. P. umbellis sessilibus, fol. ovato-lanceolatis subtus pubescentibus conduplicatis. *Varietas Cerasi* n. l. *huc referatur*.
- domestica*. 11. P. pedunculis subsolitariis, fol. lanceolato-ouatis conuolutis, ramis muticis.
- insititia*. 12. P. pedunculis geminis, fol. ouatis subvillosis convolutis, ramis spinoscentibus.
- spinosa*. 13. P. pedunc. solitariis, fol. lanceolatis glabris, ramis spinosis.

621. CHRYSOBALANVS. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5.
 581, *Drupae* Nux 5-sulcata, 5-valuis.

- Icaeo*. 1. CHRYSOBALANVS. Frutex folio cotini crasso in summitate deliquium patiente, fructu ovali caeruleo. *Catesb. car.* 1. p. 25. t. 25. ? *Guaiera Maregr. bras.* t. 2. c. 4.

DIGYNIA.

622. CRATAEGVS. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Bacca* infera, 2-sperma.
 681.

- Aria*. 1. C. fol. ouatis incisiss ferratis subtus tomentosis.
- terminalis*. 2. C. fol. cordatis septangulis: lobis infimis diuaticatis.
- coccinea*. 3. C. fol. cordatis repando-angulatis ferratis glabris.
- viridis*. 6. C. fol. lanceolato-ouatis subtrilobis ferratis glabris, caule inermi. *Varietas C. coccinea. Gron. virg.* 76.
- Crusgalli*. 4. C. fol. lanceolato-ouatis ferratis glabris, ramis spinosis.
- tomentosa*. 5. C. fol. cuneiformi-ouatis ferratis subangulatis, subtus villosis, ram. spinosis.
- indica*. 7. C. fol. lanceolatis ferratis, caule inermi, corymb. squamosis.
- Oxyacan*. 8. C. fol. obtusis subtrifidis ferratis.
- Azarolus*. 9. C. fol. obtusis subtrifidis subdentatis.

TRIGYNIA.

623. SORBVS. Cal. 5 - fidus. Petala 5. Bacca in-
683. fera, 3 - sperma.

- aucupar.* 1. S. fol. pinnatis vtrinque glabris.
hybrida. 2. S. fol. semipinnatis subtus tomentosis. Flores, Co-
rymbus et Pistilla 3 S. aucupariae; Statura et folia-
tura aliquatenus Crat. Ariae.
domestic. 3. S. fol. pinnatis subtus villosis.

624. SESVVIVM. Cal. 5 - partitus, coloratus. Pe-
684. tala nulla. Caps. ouata, trilocu-
laris, circumscissa, polysperma.

Portula- A. SESVVIVM.
castrum.

PENTAGYNIA.

625. MESPILVS. Cal. 5 - fidus. Petala 5. Bacca
684. infera, 5 - sperma.

- germanica.* 1. M. inermis, fol. lanceolatis subtus tomentosis, flor.
solitariis sessilibus.
Pyracantha. 2. M. spinosa, fol. lanceolato - ouatis crenatis, calyc.
fructus obtusis.
arbutifolia. 3. M. inermis, fol. lanceolatis crenatis subtus tomen-
tosis.
Amelanchier. 4. M. inermis, fol. ovalibus serratis, cauliculis hirsu-
tis. Amelanchier galloprovinciae. Barr. ic. 527.
tenera lanata; adultior nuda.
Chamae- 6. M. inermis, fol. ovalibus acute serratis glabris, flor.
Mespilus. corymboso - capitatis. Jacq. vind. 243. Flos digy-
rus visus Hallero, Jacquinio.
canadens. 5. M. inermis - fol. ouato-oblongis glabris serratis acu-
tiusculis. Tenera lanata; adultior nuda.
Cotonea- 7. M. inermis, fol. ouatis integerrimis: subtus tomen-
ster. tosis.

626. **PYRVS.** *Cal.* 5-fidus. *Petala.* 5. *Pomum* inferum, 5-loculare, polyspermum.
686.

- commun.* 1. *P.* fol. ferratis, flor. corymbosis.
Malus. 2. *P.* fol. ferratis, umbellis sessilibus.
baccata. 5. *P.* fol. ferratis, pedunc. confertis, pomis baccatis.
Mant. 75.
coronaria. 3. *P.* fol. ferrato-angulosis, umbellis pedunculatis.
Cydonia. 4. *P.* fol. integerrimis, flor. solitariis.

627. **TETRAGONIA,** *Cal.* 4-f. 5-partitus. *Petala* 0. *Drupa* infera, 5-f. 4-gona, 5-f. 4-locularis.
687.

- fruticosa.* 1. *T.* foliis linearibus. *Mill. ic. t.* 263. *f.* 2.
herbacea. 2. *T.* foliis ovatis. *Mill. ic. t.* 263. *f.* 1.

628. **MESEMBRYANTHEMVM.** *Cal.* 5-fidus. *Petala* numerosa, linearia. *Capj.* carnosa, infera, polysperma.
687.

* *Albis corollis.*

- nodiflorum.* 1. *M.* fol. alternis teretiusculis obtusis basi ciliatis.
crystallin. 2. *M.* fol. alternis ovatis papulosis undatis.
copticum. 3. *M.* fol. semiteretibus papulosis distinctis, flor. sessilibus axillaribus, calyc. quinquefidis.
geniculiflorum. 4. *M.* fol. semiteretibus papulosis distinctis, flor. sessilibus axillaribus, calyc. quadrifidis.
noctiflorum. 5. *M.* fol. semicylindricis impunctatis distinctis, flor. pedunculatis, calyc. quadrifidis. *Flores incarnato-albi, noctu fragantes.*

Splen-

Mesembryanthema pleraque *Pentagyna* sunt, sed *Tetragyna geniculiflorum*, *noctiflorum*. *Decagyna* s. *Polygyna barbatum*, *linguiforme*, *acinaciforme*, *loreum*, *pugioniforme*.

- splendens.* 6. M. fol. subteretibus impunctatis recuruis distinctis congestis, cal. digitiformibus terminalibus.
- umbellatum.* 7. M. fol. subulatis scabrido-punctatis connatis apice patulo, caule erecto, corymbo trichotomo.
- expansum.* 37. M. fol. planiusculis lanceolatis impunctatis patentibus distinctis oppositis alternisque remotis.
- Tripolium.* 9. M. fol. alternis lanceolatis planis impunctatis, caul. laxis simplicibus, calyc. pentagonis.
- calami-forme.* 8. M. acaule, fol. subteretibus ascendentibus impunctatis connatis, flor. octagynis.

* * *Rubicundis corollis.*

- bellidifolium.* 10. M. acaule, fol. triquetris linearibus impunctatis; apice trifariam dentatis.
- deltoides.* 11. M. fol. triquetris deltoidibus dentatis impunctatis distinctis.
- barbatum.* 12. M. fol. subovatis papulosis distinctis, apice barbatis.
- hispidum.* 13. M. fol. cylindricis papulosis distinctis: caul. hispido.
- villosum.* 14. M. fol. pubescentibus connatis impunctatis, caule piloso. (*Illos nobis non visus.*)
- scabrum.* 15. M. fol. subulatis distinctis: subtus vndique punctato-muricatis, calyc. muticis.
- emarginatum.* 16. M. fol. subulatis congestis subscabris, calyc. spinosis, petalis emarginatis.
- uncinatum.* 17. M. articulis caulinis terminatis foliis connatis acuminatis punctatis subtus dentatis.
- spinosum.* 18. M. fol. tereti-triquetris punctatis distinctis, spinis ramosis.
- tuberosum.* 19. M. fol. subulatis papulosis distinctis apice patulis, rad. capitata.
- tenuifol.* 20. M. subfiliformibus glabris distinctis interodio longioribus, caul. procumbentibus. *Caules lignosi. Rami ex singulis alis alternis; sed oppositi in alis superioribus. Flores speciosi multis petalis, medio die, sole illucente expansi, diutius durantes.*
- stipulaceum.* 21. M. fol. subtriquetris compressis incuruis punctatis distinctis congestis: basi marginatis.
- crassifol.* 22. M. fol. semicylindricis impunctatis connatis apice triquetris, caule repente semicylindrico.

346 ICOSANDRIA. PENTAGYNIA. Mesembryanthen.

- glomeratum.* 24. M. fol. teretiusculis compressis punctatis distinctis, caul. paniculato multifloro.
- loreum.* 25. M. fol. semicylindricis recuruis congestis basi interiore gibbis connatis, caul. pendulo.
- filamentorum.* 26. M. fol. aequilateri-triquetris acutis subpunctatis connatis: angulis scabris, ramis hexagonis.
- falcatum.* 27. M. fol. acinaciformibus impunctatis connatis: angulo carinali scabris, petal. lanceolatis.
- forficatum.* 28. M. fol. acinaciformibus obtusis impunctatis connatis: apice spinosis, caule ancipiti.

* * * *Luteis corollis.*

- edule.* 29. M. fol. aequilateri-triquetris acutis strictis impunctatis connatis: carina subferratis, caul. ancipiti.
- bicolorum.* 30. M. fol. subulatis punctatis laeuibus distinctis, caule frutescente, corol. bicoloribus.
- ferratum.* 31. M. fol. subulatis triquetris punctatis distinctis: angulo carinali retrorsum ferratis.
- micans.* 32. M. fol. subcylindricis papulosis distinctis, caule scabro.
- glaucum.* 35. M. fol. triquetris acutis punctatis distinctis, calycinis foliolis ouato-cordatis.
- corniculatum.* 36. M. fol. triquetro-semicylindricis scabrido-punctatis: supra basin linea eleuata connatis.
- tortuosum.* 38. M. fol. planiusculis oblongo-ouatis subpapulosis confertis connatis, calyc. triphyllis bicornibus.
- pomeridianum.* 39. M. fol. planiusculis lato-lanceolatis laeuibus subciliatis distinctis, caule pedunculis germinibusque hirs. *Linn. dec. 25. t. 13. Caulis subdichotomus. Folia prima terna; reliqua opposita.*
- veruculatum.* 34. M. fol. triquetro-cylindricis acutis connatis arcuatis impunctatis distinctis.
- rostratum.* 33. M. acaule, fol. semicylindricis externe tuberculatis connatis.
- ringens.* 40. M. acaule, fol. ciliato-dentatis punctatis.
- dolabrif.* 41. M. acaule, fol. dolabriformibus punctatis.
- difforme.* 42. M. acaule, fol. difformibus punctatis connatis.
- albidum.* 43. M. acaule, fol. triquetris integerrimis.
- linguliforme.* 44. M. acaule, fol. linguiformibus altero margine craf-fioribus impunctatis.

pugioni- 45. M. fol. alternis confertis subulatis triquetris lon-
forme. gissimis impunctatis.

629. AIZOON. Cal. 5 - partitus. Petala 0. Caps.
700, supera, 5 locularis, 5-valuis.

canariens. 1. A. fol. cuneiformi-ouatis, flor. sessilibus.

hispanic. 2. A. fol. lanceolatis, flor. sessilibus.

paniculat. 3. A. fol. lanceolatis, flor. paniculatis.

630. SPIRAEA. Cal. 5-fidus. Petala 5. Caps. po-
700. lyspermae.

sarcifol. 1. S. fol. lanceolatis obtusis ferratis nudis, flor. dupli-
cato-racemosis.

tomentos. 2. S. fol. lanceolatis inaequaliter ferratis subtus tomen-
tosis, flor. duplicato-racemosis.

hypericif. 3. S. fol. obouatis integerrimis, umbellis sessilibus.

chamaedri- 4. S. fol. ouatis inciso-ferratis glabris, umbellis pedun-
folia. culatis.

crenata. 5. S. fol. oblongiusculis apice ferratis, corymbis la-
teralibus.

opulifolia. 6. S. fol. lobatis ferratis, corymbis terminalibus. Tri-
gyna.

sorbifolia. 7. S. fol. pinnatis: foliolis uniformibus ferratis, caule
fruticoso, flor. paniculatis.

Aruncus. 8. S. fol. supradecompositis, spicis paniculatis, flor.
dioicis. Trigyna.

Filipen- 9. S. fol. pinnatis: foliolis uniformibus ferratis, cau-
dula. le herbaceo, flor. cymosis.

Ulmaria. 10. S. fol. pinnatis: impari maiore lobato, flor. cymosis.

trifoliata. 11. S. fol. ternatis ferratis subaequalibus, flor. subpani-
culatis. Mill. ic. t. 256.

POLOGYNIA.

631. ROSA. *Petala* 5. *Cal.* vrceolatus, 5 - fidus, carnosus, collo coarctatus. *Sem.* plurima, hispida, calycis interiori lateri affixa.

703..

* *Germinibus subglobosis.*

- Eglantaria.* 3. R. germin. globosis pedunculisque glabris, caule aculeis sparsis rectis, petiol. scabris, foliol. acutis.
- cinnamomea.* 4. R. germin. globosis pedunculisque glabris, caule aculeis stipularibus, petiol. subinermibus.
- pimpinellifolia.* 2. R. germin. globosis pedunculisque glabris, caule aculeis sparsis rectis, petiol. scabris, foliol. obtulis.
- spinosissima.* 14. R. germin. globosis glabris, pedunc. hispidis, caule petiolisque aculeatissimis.
- carolina.* 5. R. germin. globosis hispidis, pedunc. subhispidis, caule aculeis stipularibus, petiol. aculeatis.
- villosa.* 6. R. germin. globosis pedunculisque hispidis, caule aculeis sparsis, petiol. aculeatis, fol. tomentosis.
- jenyensis.* 9. R. germin. globosis pedunculisque hispidis, caule petiolisque aculeatis, florib. subumbellatis.

* * *Germinibus ovatis.*

- centifolia.* 7. R. germin. ovatis pedunculisque hispidis, caule hispido aculeato, petiol. inermibus.
- gallica.* 8. R. germin. ovatis pedunculisque hispidis, caule petiolisque hispido-aculeatis.
- alpina.* 1. R. germin. ovatis glabris, pedunculis petiolisque hispidis, caul. inermi. *Rosa inermis* germinibus ovatis, caule pedunculisque glabris inermibus, petiolis scabris. *Turr. diar. Act. p. 128.*
- canina.* 10. R. germin. ovatis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis. *Petala biloba. Bractæe 2 oppositæ, ciliatæ.*
- indica.* 11. R. germin. ovatis pedunculisque glabris, caule subinermi, petiol. aculeatis.
- peninsularis.* 12. R. germin. ovatis glabris, pedunc. cauleque hispidis, petiol. inermibus, fructibus pendulis.
- alba.* 13. R. germin. ovatis glabris, pedunc. hispidis, caule petiolisque aculeatis.

632. RUBUS. Cal. 5-fidus. Petala 5. Bacca com-
706. posita acinis monospermis.

* *Frutescentes.*

idaeus. 1. R. fol. quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiol. canaliculatis.

occidentalis. 2. R. fol. ternis subtus tomentosis, caule aculeato, petiol. teretibus.

hispidus. 3. R. fol. ternatis nudis, caulib. petiolisque hispidis.

parvifolius. 7. R. fol. ternatis subtus tomentosis, caule hirto petiolisque aculeis recurvis.

jamaicensis. 14. R. fol. ternatis subtus tomentosis, caule petiolis foliisque pubescentibus recurvato-aculeatis.
Mantl 75.

caesius. 4. R. fol. ternatis subnudis: lateralibus bilobis, caule aculeato tereti.

fruticosus. 5. R. fol. quinato-digitatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis.

canadensis. 6. R. fol. digitatis denis quinis ternatisque, caule inermi.

odoratus. 9. R. fol. simplicibus palmatis, caule inermi multifloro.

moluccanus. 8. R. fol. simplicibus cordatis sublobatis, caule aculeato decumbente.

* * * *Herbacei.*

saxatilis. 10. R. fol. ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. *Jacq. vind. 245.*

arcticus. 11. R. fol. ternatis, caule inermi unifloro.

Chamaemorus. 12. R. fol. simplicibus lobatis, caule inermi unifloro.
Herba dioica: Radix v. Maris et feminae unita sub terra in monoicam, obseruante D. C. Solandro.

Dalibarda. 13. R. fol. simplicibus cordatis indivisis crenatis, scapo aphylo unifloro.

633. FRAGARIA. Cal. 10-fidus. Petala 5. Re-
708. ceptaculum feminum ouatum, baccatum, deciduum.

vesca. 1. F. flagellis reptantibus.

monophylla. 4. F. fol. simplicibus. *Mist D. Anton. Nic. Duchesne. an varietas F. Vescae; folium enim primum ternatum est, sed scapus longior, petala minora, Calyces incis. Vide Duchesne monogr. Fragariae.*

muri-

muricata. 2. F. caule erecto suffruticoso, fol. hirsutis. Fragaria fructu spinoso. *Barr. rar. 591. t. 90. Baccæ nisi a seminibus denudatæ vix deglutiendæ.*

sterilis. 3. F. caule decumbente, ramis floriferis laxis. *Surculi crassi, depressi, tecti Stipulis lanceolatis, ferrugineis. Folia ternata, obouata, serrata, retusa, laxiora, pilosa, subtus albida: petiolis valde pilosis. Caules floriferi filiformes, decumbentes, laxi, foliis raris minoribus. Flores solitarii, pedunculati, albi.*

634. **POTENTILLA.** *Cal. 10-fidus. Petala 5. Sem. subrotunda, nuda, receptaculo paruo exsucco affixa.*

709.

Foliis pinnatis.

fruticosa. 1. P. fol. pinnatis, caule fruticoso.

Anserina. 2. P. fol. pinnatis ferratis, caule repente, pedunc. vnifloris.

sericea. 3. P. fol. bipinnatis vtrinq.ue tomentosis: segmentis parallelis approximatis, caul. decumbentibus.

multifida. 4. P. fol. bipinnatis: segmentis integerrimis distantibus subtus tomentosis, caule decumbente.

fragarioi- 5. P. fol. pinnatis ternatisque: extimis maioribus, fla-
des. gellis reptantibus.

rupestris. 6. P. fol. pinnatis alternis: foliolis quinis ouatis crenatis, caule erecto.

bifurca. 7. P. fol. pinnatis subaequalibus: foliolis oblongis subbifidis: extimis confluentibus.

pimpinelloides. 8. P. fol. pinnatis: foliolis subrotundis dentatis aequalibus, caule erecto.

pensylvanica. 28. P. fol. inferioribus pinnatis, superioribus ternatis: foliolis inciso-ferratis, caule erecto pubescente. *Mant. 76*

supina. 9. P. fol. pinnatis, caule dichotomo decumbente.

Foliis digitatis.

recta. 10. P. fol. septenatis lanceolatis ferratis vtrinq.ue subpilosus, caule erecto.

argentea. 11. P. fol. quinatis cuneiformibus incisus subtus tomentosus, caule erecto.

- intermedia*. 29. P. fol. radicalibus quinatis, caulinis ternatis, caul. erectiusculo ramosissimo. *Mant.* 76.
- hirta*. 12. P. fol. septenatis quinatisque cuneiformibus incisissimis pilosis, caule erecto hirto. Quinquefolium re-
ctum minus, angustioribus foliis, monspeliense. *Raj eur.* 213. Quinquefolium montanum erectum
hirsutum luteum. *Magn. monsp.* 216. (non CB.)
Folia radicalia 5. *f.* 7; *Caulina* 5, omnia alterna,
sublinearia, *dentibus* 3. *f.* 5. *Caulis*, *pedunculi* et
Calyces valde pilosi.
- stipular.* 13. P. fol. septenatis sessilibus stipulae dilatatae insi-
dentibus.
- opaca*. 16. P. fol. radicalibus quinatis cuneiformibus serratis,
caulinis suboppositis, ramis filiformibus decum-
bentibus.
- verna*. 15. P. fol. radicalibus quinatis acute serratis retusis,
caulinis ternatis, caule declinato. *Variet ma-*
cula ad basin petalorum fulva et non fulva.
- aurea*. 14. P. fol. radicalibus quinatis serratis acuminatis, cau-
linis ternatis, caule declinato. *Jacq. vind.* 245.
Potentilla foliis margine sericeis acute serratis,
radicalibus quinatis, caulinis ternatis, caule de-
clinato. Ger. prov. 468. Quinquefolium 3, aureo
flore. *Clus. hist.* 2. p. 105.
- canadens.* 17. P. fol. quinatis villosis, caule adscendente hirsuto.
- alba*. 18. P. fol. quinatis apice connuente-serratis, caul. fili-
formibus procumbentibus, receptaculis hirsutis.
- caulesc.* 19. P. fol. quinatis apice connuente-serratis, caul. mul-
tifloweris decumbentibus, receptaculis hirsutis.
Jacq. vind. 246. *Calyces hirsuti, purpurei.*
- nitida*. 21. P. fol. subternatis tomentosis connuente-tridenta-
tis, caul. unifloris, receptaculis lanatis. *Folia*
huius ternata esse monet D. Turre; habeo unum al-
terumque exemplar siccum foliis infimis tantum quinatis.
- valderia*. 20. P. fol. septenatis obovatis serratis tomentosis, cau-
le erecto, petalis calyce brevioribus, recepta-
culis lanatis.
- reptans*. 22. P. fol. quinatis, caule repente, pedunc. unifloris.
* * * *Foliis ternatis.*
- monspe-*
liensis. 23. P. fol. ternatis, caule ramoso erecto, pedunc. su-
pra genicula enatis.

noruegic. 24. *P.* fol. ternatis, caule dichotomo, pedunc. axillaribus, *Oed. dan. t.* 171.

niuea. 25. *P.* fol. ternatis incisus subtus tomentosus, caule ascendente.

grandiflora. 26. *P.* fol. ternatis dentatis utrinque subpilosis, caule decumbente foliis longiore. *Potentilla* foliis ternatis dentatis, caule superne dichotomo, petalis calyce duplo longioribus. *Ger. prov.* 469.

subcaulis. 27. *P.* foliis ternatis dentatis utrinque tomentosus, scapo decumbente. *Potentilla* foliis radicalibus ternatis dentatis, utrinque tomentosus, caul. subfoliosis. *Ger. prov.* 469. *Garid. prov.* 190 t. 37.

635. **TORMENTILLA.** *Cal.* 8 - fidus. *Petala* 4.
716. *Sem.* subrotunda, nuda, receptaculo paruo exsucco affixa.

erecta. 1. *T.* caule erectiusculo, fol. sessilibus.

reptans. 2. *T.* caule repente, fol. petiolatis.

636. **GEVM.** *Cal.* 10 - fidus. *Petala* 5. *Sem.* aristata geniculata.
716.

virginianum. 1. *G.* flor. nutantibus, petalis calyce minoribus, fruct. globosis: aristis uncinatis nudis, foliis ternatis.

urbanum. 2. *G.* flor. erectis, fruct. globosis villosis: aristis uncinatis nudis, foliis lyratis.

riuale. 3. *G.* flor. nutantibus, fruct. oblongo: aristis plumosis tortis.

montanum. 4. *G.* flor. inclinato solitario, fruct. oblongo: aristis villosis rectis.

reptans. 5. *G.* fol. uniformibus incisus: alternis minoribus, flagellis reptantibus.

637. **DRYAS.** *Cal.* 8 - fidus. *Petala* 8. *Sem.* caudata, pilosa.
717.

pentapetal. 1. *D.* pentapetala, fol. pinnatis.

octopetal. 2. *D.* octopetala, fol. simplicibus.

938. COMARVM. *Cal.* 10-fidus. *Petala* 5, calyce
 718. minora. *Recept.* seminum ova-
 tum, spongiosum, persistens.

palustre. 1. COMARVM.

639. CALYCANTHVS. *Cal.* 1-phyllus, vrceola-
 718. tus, squarrosus foliolis co-
 loratis. *Cor.* calycina. *Sty-
 li* plurimi stigmatate glan-
 dulofo. *Sem.* plurima, cau-
 data, intra calycem suc-
 culentum.

floridus. 1. C. petalis interioribus longioribus.
praecox. 2. C. petalis interioribus minutis.

CLASSIS XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Monopetali.*

640. MARCGRAVIA. *Cal.* 6-phyllus, imbricatus. *Cor.* 1-petala, clausa. *Bacca* multilocularis, multivaluis.

* *Tetrapetali.*

641. RHEEDIA. *Cal.* nullus. *Bacca* 3-sperma.
 656. MAMMEA. *Cal.* 2-phyllus *Bacca* 1-locularis.
Sem. callosa.
 648. PAPAVER. *Cal.* 2-phyllus. *Capsula* 1-locularis, coronata.
 647. CHELIDONIUM. *Cal.* 2-phyllus. *Siliqua.*
 643. CAPPARIS. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca* pedicellata, corticosa.
 644. ACTAEA. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca* 1-locularis.
Sem. gemino ordine.
 650. CAMBOGIA. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca* 8-sperma, 8 angularis.
 658. CALOPHYLLUM. *Cal.* 4-phyllus. *Drupa* globosa.
Nucleus subglobosus.
 659. GRIAS. *Cal.* 4-fidus. *Drupa* 1-sperma.
Nucleus 8-fulcatus.
 669. CARYOPHYLLUS. *Cal.* superus. *Bacca* 1-sperma, coronata.

* *Pentapetali.*

1285. LOASA. *Caps.* seminifera, 1-locularis, semitriualuis, polysperma.
 670. MENTZELIA. *Caps.* infera, 1-locularis, 3-valuis, polysperma.
 666. VATERIA. *Caps.* 1-locularis, 3-valuis, 1-sperma
 655. SLOANEA. *Caps.* echinata, intus baccata. *Stam.* exteriora sterilia, foliacea.
 673. CISTUS. *Caps.* subrotunda. *Cal.* 5-phylli folioli: 2 minora.

675. COR-

675. CORCHORVS. Caps. sub 5-locularis. Cal. 5-phyllus, longitudine corollae, deciduus.
652. SARRACENIA. Caps. 5-locularis. Stigma clypeatum. Cal. exter. 3-phyll., super. 5-phyllus.
660. TILIA. Caps. 5-locularis, coriacea, 1-sperma. Cal. deciduus.
657. OCHNA. Baccae 5 in receptaculo carnosio. Petala unguibus elongatis.
651. MUNTINGIA. Bacca 5-locularis, umbilicata. Cal. 5-partitus.
663. ELAEOCARPVS. Drupa nucleo crispo. Petala lacera.
671. PLINIA. Drupa striata. Calyx corollaque 5-partitae, planae.
677. SYMPLOCOS. Fructus ignotus. Cal. 5-fidus. Stamina petalis inserta.

* *Delphinium Consolida, Aiacis, Aconiti.*

* *Hexapetali.*

649. ARGEMONE. Cal. 3-phyllus. Caps. 1-locularis, semi-valuis.
667. LAGERSTROEMIA. Cal. 6-fidus. Stam. 6 exteriora maiora. Cor. crispa.
668. THEA. Cal. 5-f. 6-phyllus. Petala 6 s. 9. Caps. 3-locularis. Sem solitaria.
664. LECYTHIS. Cal. 6-phyllus. Stam. nectario lingulato co nata. Caps. circumscissa.

* *Ostropetali.*

645. SANGVINARIA. Cal. 2-phyllus. Caps. 2-valuis, polysperma.

* *Enneapetali.*

646. PODOPHYLLVM. Cal. 3-phyllus. Bacca 1-locularis, coronata.

* *Thea.*

- * *Decapetala.*
654. BIXA. Cal. 5-dentatus. Cor. 5-petala, 2-plex. Caps. 2-valuis.

* *Polypetali.*

653. NYMPHAEA. Bacca multiloc. corticosa. Cal. magnus.

* *Apetali.*

1239. TREWIA. Cal. 3-phyllus. Per. 3-coccum.
674. PROCKIA. Cal. 3-phyllus. Peric. 5-loculare.

POLYANDRIA.

661. LAETIA. *Cal.* 5-phyllus. *Peric.* 1-loculare, 3-valve, polyspermum.
 676. SEGVIERIA. *Cal.* 5-phyllus. *Peric.* 1-spermum, alatum.
 672. DELIMA. *Cal.* 5-phyllus. *Peric.* 2-valve, 2-spermum.

DIGYNIA.

680. CALLIGONVM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* nulla. *Peric.* echinato-
 vncinatum.
 679. CVRATELLA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Caps.* 2-partita,
 2-sperma.
 678. PÆONIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Caps.* polysper-
 ma. *Sem.* colorata.

TRIGYNIA.

681. DELPHINIUM. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala : supremo cor-
 nuto. *Nectar.* 2-fidum, sessile.
 682. ACONITUM. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala : supremo galea-
 to. *Nectar.* 2, pedicellata.

* *Reseda Luteola.*

TETRAGYNIA.

683. TETRACERA. *Cal.* 6-phyllus. *Caps.* 4, monospermae.

PENTAGYNIA.

684. AQVILEGIA. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala. *Nectararia* 5, in-
 ferne cornuta.
 685. NIGELLA. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala. *Nectararia* 8, su-
 perne 2-labiata.
 686. RŒAVMVRIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5 petala : nectariis 10,
 adnatis, ciliatis. *Caps.* 5-locularis, po-
 lysperma.

* *Aconitum Anthora, variegatum.*

HEXAGYNIA.

687. STRATIOTES. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Bacca* 6-
 locularis intra spatham.

POLYGYNIA.

704. HYDRASTIS. *Cal.* nullus. *Cor.* 3-petala. *Bacca* compo-
 sita acinis 1-spermis.

695. ATRAGENE. Cal. nullus. Cor. 4-petala maior: interius polypetala. Sem. plurima, aristata.
696. CLEMATIS. Cal. nullus. Cor. 4-petala. Sem. plurima, aristata.
697. THALICTRUM. Cal. nullus. Cor. 4-5-petala. Sem. plurima, submutica, nuda.
701. ISOPYRUM. Cal. nullus. Cor. 5-petala, decidua. Nectaria 5. Caps. polyspermae.
702. HELLEBORUS. Cal. nullus. Cor. 5-petala, persistens. Nectaria plura. Caps. polyspermae.
703. CALTHA. Cal. nullus. Cor. 5-petala. Caps. plurimae. Nectaria nulla.
694. ANEMONE. Cal. nullus. Cor. 6-petala. Sem. plurima.
691. MICHELIA. Cal. truncatus. Cor. 8-petala. Baccae 4-spermae, glomeratae.
700. TROLLIUS. Cal. nullus. Cor. 14-petala. Nectaria linearia. Capsulae monospermae.
692. UVARIA. Cal. 3-phyllus. Cor. 6-petala. Baccae polysperm, Recept. longo affixae.
693. ANNONA. Cal. 3-phyllus. Cor. 6-petala. Bacca cortice imbricato polysperma.
689. LIRIODENDRUM. Cal. 3-phyllus. Cor. 6-petala. Sem. plurima, lanceolata, imbricata.
690. MAGNOLIA. Cal. 3-phyllus. Cor. 9-petala. Caps. glomeratae, 2-valu. Sem. pendula.
688. DILLENIA. Cal. 5-phyllus. Cor. 5-petala. Caps. plures connatae: Recept. carnosae.
699. RANUNCULUS. Cal. 5-phyllus. Cor. 5-petala. Sem. plurim. Petala, ungue nectarifero.
698. ADONIS. Cal. 5-phyllus. Cor. 5. s. 10 petala. Sem. plurima, angulata, corticata.

* *Phytolacca icosandra*,
Nigellae nonnullae.

MONOGYNIA.

640. MARCGRAVIA. Cor. 1-petala, calyptriformis. Cal. 6-phyllus, imbricatus. Bacca multilocularis, polysperma.

719.

umbellata. I. MARCGRAVIA.

641. RHEEDIA. Cor. 4-petala. Cal. nullus. Bacca 3-sperma.

719.

lateriflora. I. RHEEDIA. Arbor ramis articulatis, compressis, laevibus, pubescentibus. Folia opposita, petiolata, lanceolata, integerrima, glabra: petiolis breuibus, pubescentibus. Pedunculi axillares, subterni, trifidi, triflori.

643. CAPPARIS. Cal. 4-phyllus, coriaceus. Petala 4. Stam. longa. Bacca corticosa, unilocularis, pedunculata.

720.

spinosa. 1. C. pedunc. unifloris solitariis, stipulis spinosis, fol. annuis, caps. ovalibus,

zeylanica. 2. C. pedunc. unifloris solitariis, stipulis spinosis, fol. ovalibus utrinque acutis.

septaria. 3. C. pedunc. umbellatis, stipulis spinosis, fol. annuis ovalibus emarginatis.

frondosa. 11. C. pedunc. umbellatis, fol. passim confertis. Sp. pl. 1674.

ferruginea. 8. C. pedunc. umbellatis, fol. persistentibus lanceolatis subtus tomentosis, flor. octandris.

Baduoca. 4. C. pedunc. unifloris, fol. perennantibus ovalibus oblongis determinate confertis nudis.

cynophallophora. 5. C. pedunc. multifloris terminalibus, fol. ovalibus obtusis perennantibus, glandulis axillaribus. Capparis peduncul. multifloris, axillis glandulosis, fol. oblongis utrinque nitidis. Jacq. amer. 158. t. 98.

pulcherrima. 12. C. pedunc. racemosis, fol. oblongis obtusis, fruct. baccatis. Sp. pl. 1674.

linearis. 13. C. pedunc. subracemosis, fol. linearibus, *Spec. Plans.*
1674.

Breynia. 7. C. pedunc. racemosis, fol. persistentibus oblongis,
calycibus pedunculisque tomentosis, flor. octan-
dris.

hastata. 10. C. pedunc. multifloris, fol. hastato-lanceolatis nitidis.

flexuosa. 9. C. pedunc. congestis terminalibus, fol. persistentibus
oblongis obtusis glabris, ramis flexuosis.

siliquosa. 6. C. pedunc. multifloris compressis, fol. persistentibus
lanceolato-oblongis acuminatis subtus punctatis.

644. **ACTAEA.** Cor. 4-petala. Cal. 4-phyllus. *Bacca*
722. 1-locularis. *Sem.* femiorbiculata.

spicata. 1. A. racemo ovato, fruct. baccatis.

racemosa. 2. A. racemis longissimis, fruct. ficcis.

645. **SANGVINARIA.** Cor. 8-petala. Cal. 2-phyllus.
723. *Siliqua* ovata, 1-locularis.

canadens. 1. **SANGVINARIA.** *Folium radicale tenerrime in sinu foveat*
Et amplectitur infantiam floris, more Osmundae Lu-
nariae, Et est folium unicum cucullatum Et Scapus
uniflorus e singula gemma radiceis biualui. Stamina
meae vix habuere Antheras polliniferas; an dioica?
Lactescens succo fulvo Chelidonii.

646. **PODOPHYLLUM.** Cor. 9-petala. Cal. 3-phyll-
723. lus. *Bacca* unilocularis,
coronata stigmate.

peltatum. 1. P. fol. peltatis lobatis.

diphyllum. 2. P. fol. binatis semicordatis. *an Sanguinariae species?*
cum Folium unicum binnatum Et Scapus aphyllus ra-
dicalis Et Capsula oblonga; flores non vidi; sub
Podophylli specie missum.

547. **CHELIDONIVM.** Cor. 4-petala. Cal. 2-phyll-
723. lus. *Siliqua* 1-locularis,
linearis.

maius. 1. C. pedunc. umbellatis.

- Glancium*. 2. C. pedunc. unifloris, fol. amplexicaulibus sinuatis, caule glabro,
corniculatum. 3. C. pedunc. unifloris, fol. sessilibus pinnatifidis, caule hispido.
hybridum. 4. C. pedunc. unifloris, fol. pinnatifidis linearibus, caule laevi, filiquis triualuibus.

648. PAPAVER. Cor. 4-petala. Cal. 2-phyllus. Capsula 1-locularis, sub stigmatate persistente poris dehiscens.

725.

* *Capsulis hispidis.*

- hybridum*. 1. P. caps. subglobosis torosis hispidis, caule folioso multifloro.
Argemon. 2. P. caps. clauatis hispidis, caule folioso multifloro.
alpinum. 3. P. caps. hispida, scapo unifloro nudo hispido, fol. bipinnatis. Papaver argemone fl. flavo, perpusillum. *Puk. alm.* 179. t. 247. f. 3. *Cipp.* 2. t. 6. f. 4.
nudicaule. 4. P. caps. hispidis, scapo unifloro nudo hispido, fol. simplicibus pinnato-sinuatis.

* * *Capsulis glabris.*

- Rhaeas*. 6. P. caps. glabris globosis, caule piloso multifloro, fol. pinnatifidis incis. *dubium*. 5. P. caps. oblongis glabris, caule multifloro sessis adpressis, fol. pinnatifidis incis.
somnifer. 7. P. calyc. capsulisque glabris, fol. amplexicaulibus incis.
cambricum. 8. P. caps. glabris oblongis, caule multifloro laevi, fol. pinnatis incis.
orientale. 9. P. caps. glabris, caulibus unifloris scabris foliosis, fol. pinnatis serratis.

649. ARGEMONE. Cor. 6-petala. Cal. 3-phyllus. Caps. semi-valuis.

727.

- mexican.* 1. A. caps. sexualibus, fol. spinosis.
armeniaca. 2. A. caps. triualuibus.
pyrenaica. 3. A. caps. quadriualuibus, caule nudo.

650. CAMBOGIA. Cor. 4-petala. Cal. 4-phyllus.
728. Pomum 8-loculare. Sem. folitaria.
ria.

Gutta. 1. CAMBOGIA.

651. MVNTINGIA. Cor. 5-petala. Cal. 5-parti-
728. tus. Bacca 5-locularis, poly-
lyperma.

Calabura. 1. MVNTINGIA. Malam-toddai. Rheed. mal. 4. t. 40.
Flores axillares, bini, albi.

652. SARRACENIA. Cor. 5-petala. Cal. duplex,
728. 3-phyllus. & 5-phyllus. Ca-
psula 5-locularis, stylo sti-
gmate clypeato.

faua. 2. S. foliis strictis.
purpurea. 1. S. foliis gibbis. Mill. ic. 161. t. 241. P. Collinson.
Folia sessilia, cucullata: tubo ventricoso, sensim am-
pliato: fauce contractiuscula, margine antice dila-
tata. Limbus reniformis, patulus, emarginatus.
Venter antice carina membranacea, semielliptica,
binerui. Sic metamorphosis folii Nymphacae in
folium Sarraceniae, ut ipsa aquam pluuialem excipiens
& retinens extra aquas crescat; mira naturae prou-
dentia!

653. NYMPHAEA. Cor. polypetala. Cal. 4-l. 5
729. phyllus. Bacca multilocula-
ris, truncata.

lutea. 1. N. fol. cordatis integerrimis, calyce pentaphyllo
maiore.

alba. 2. N. fol. cordatis integerrimis, calyce quadrifido.

Lotus. 3. N. fol. cordatis dentatis.

Nelumbo. 4. N. fol. peltatis vndique integris. Capsula dehi-
git stigmate vasis peris perforato pro totidem seminibus;
matura his trinitat. Semina continent aliquot folia,
antequam germinant, intra se peris.

654. BIXA. Cor. 10-petala. Cal. 5-dentatus. Caps.
730. hispida, 2-valuis.

Orellana. 1. BIXA.

655. SLOANEA. Cor. 5-petala. Cal. 5-phyllus, de-
730. ciduus. Stigma perforatum. Bacca
corticosa, echinata, polysperma,
dehiscens.

dentata. 1. S. fol. cordato-ouatis denticulatis, stipulis ferratis.
emargin. 2. S. fol. oblongis integerrimis emarginatis.
Descriptio Loeflingii quadrat.

1239. TREWIA. Cor. 0. Cal. 3-phyllus, superus.
1661. Caps. 3-cocca.

nudiflora. TREVIA.

656. MAMMEA. Cor. 4-petala. Cal. 2-phyllus.
731. Bacca maxima, 4-sperma.

americ. 1. M. stamin. flore breuioribus. Jacq. amer. 268. Folia
asiatica. 2. M. stamin. flore longioribus.
opposita.

657. OCHNA. Cor. 5-petala. Cal. 5-phyllus. Baccæ
731. monospermae, receptaculo subrotun-
do magno affixae.

squarrosa. 1. O. racemis lateralibus.
Jabotap. 2. O. racemis terminalibus.

659. GRIAS. Cor. 4-petala. Cal. 4-fidus. Stigma
732. sessile, cruciatum. Drupa nucleo octo-
fulcato.

auliflora. 1. GRIAS. Folia maxima.

658. CA-

658. CALOPHYLLVM. Cor. 4-petala. Cal. 4-
732. phyllus, coloratus. Dru-
pa globosa.

inophyllum. 1. C. foliis ovalibus.
Calaba. 2. C. foliis ovatis obtusis.

660. TILIA. Cor. 5-petala. Cal. 5-partitus. Bacca
733. ficca, globosa, 5-locularis, 5-valvis,
basi dehiscens.

europaea. 1. T. floribus nectario destitutis.
americ. 2. T. floribus nectario instructis.

661. LAETIA. Cor. 5-petala f. o. Cal. 5-phyllus.
733. Fructus 1-locularis, trigonus. Se-
mina arillo pulposo,

apetala. 1. L. flor. apetalis.
completa. 2. L. flor. petaloideis completis.

663. ELAEOCARPVS. Cor. 5-petala, lacera. Cal.
734. 5-phyllus. Drupa nucleo
crispo.

ferrata. 1. ELAEOCARPVS.

664. LECYTHIS. Cor. 6-petala. Cal. 6-phyllus.
734. Nectarium ligulatum, stamini-
ferum. Pericarp. circumscissum,
polypermum.

Ollaria. 1. L. fol. sessilibus cordato-ovatis subintegerrimis. Na-
tura fructu ollas producit, vt in Cucurbita & Cres-
centia lagenas.
minor. 2. L. fol. petiolatis lanceolatis ferratis. Jacq. amer. 168.
t. 109. e Carthagena Americes.

672. DELIMA. Cor. o. Cal. 5-phyllus. Bacca 2-
736. sperma.

Sarment. A. DELIMA. Peripu. Rheed. mal. 7. t. 34. Burm. ind.
1. 35. f. 1.

666. VATERIA. Cor. 5-petala. Cal. 5-fidus. Caps.
734. 3-valuis, 1-locularis, 3-sperma.

indica. I. VATERIA.

670. MENTZELIA. Cor. 5-petala. Cal. 5-phyllus.
735. Caps. infera, cylindrica, poly-
sperma.

aspera, I. MENTZELIA.

1286. LOASA. Authore Cl. Jacquinio.

CAL. Perianthium. pentaphyllum, superum, persistens:
foliolis lanceolatis, patentissimis: lateribus reflexis.

COR. Petala quinque, obouata, cucullata, magna, pa-
tentissima, in unguis basi attenuata.

Nectarium foliolis quinque, cum petalis alternantibus,
conniuentibus in conum acutum, corolla paulo
brevioribus, lanceolatis, rugosis, aristatis duplici
filamento.

STAM. Filamenta numerosa, capillaria, nectario longiora,
ad quodlibet petalum 15-17. Antherae incumben-
tes, subrotundae.

PIST. Germen. subouatum, seminiferum. Stylus fili-
formis, erectus, longitudine staminum. Stigma sim-
plex, obtusum.

PER. Capsula turbinata, unilocularis, apice triualvis:
valuulis semiouatis, acutis-patulis.

SEM. plurima, ouata, parua. Receptacula tria, linearia,
capsulae longitudinales.

hispidula,

I. LOASA. Jacq. obs. 3. p. 15. t. 38.

Ortiga chilensis vrens, acanthi folio. Fewill. peruu.
2. p. 757. t. 33 ?

Habitat in Peru ☉.

Petala flava. Nectaria alba punctis rubris viridibusque. Filamenta in quinque fasciculos interstitia nectariorum occupantia. Stamina primum erecta, demum reflexa. Affinitate Méntzeliae accedit. Jacq.

667. **LAGERSTROEMIA.** *Cor.* 6-petala, crispa.
734. *Cal.* 6-fidus, campanulatus. *Stam.* multa: horum 6 exteriora crassiora, petalis longiora.

indica. A. **LAGERSTROEMIA.**

668. **THEA.** *Cor.* 6-f. 9-petala. *Cal.* 5-f. 6-phyllus.
734. *Caps.* 3-cocca-

bohea. 1. **T.** flor. hexapetalis. *Folia* alterna, elliptica, consistencia, laevia, obtusiuscula, obtuse serrata: *Petiolis* brevibus, subtus teretibus, gibbis. *Stipulae* nullae. *Nobis attulit v'nam primus Car. Gust. Ekenberg, navis ad chinenses gubernator, d. 3. Octob. 1763. ; obtinetur, si semina, ad navis recessum e China, in naue terrae mandentur, vt in itinere serius germinent.*

viridis. 2. **T.** flor. enneapetalis.

669. **CARYOPHYLLVS.** *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus, duplicatus.
735. *Bacca* 1-sperma, infera.

aromatic. I. **CARYOPHYLLVS.**

671. **PLINIA.** *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-fidus. *Bacca.*
735. 1-sperma, sulcata.

pinnata. I. **PLINIA'**

673. CISTVS. Cor. 5-petala. Cal. 5-phyllus: foliolis
736. duobus minoribus. Capsula.

• *Exstipulati fruticosi.*

- copenhs.* 1. C. arborescens exstipulatus, fol. ouato-lanceolatis
petiolatis trinerviis denticulatis vtrinque nudis.
villosus. 2. C. arborescens exstipulatus, fol. ouatis petiolatis
hirtis.
populifol. 2. C. arborescens exstipulatus, foliis cordatis laeuibus
acuminatis petiolatis. *Adultior ramis & foliis nu-
dus est. Petala alba.*
laurifol. 4. C. arborescens exstipulatus, foliis oblongo-ouatis
petiolatis trinerviis supra glabris: petiolis basi
connatis.
*ladanife-
rus.* 5. C. arborescens exstipulatus, fol. lanceolatis supra
laeuibus, petiolis basi coalitis vaginantibus.
*monspeli-
eufis.* 6. C. arborescens exstipulatus, fol. lineari-lanceolatis
sessilibus vtrinque villosis trinerviis.
salusifol. 10. C. arborescens exstipulatus, fol. ouatis petiolatis
vtrinque hirsutis.
incanus. 7. C. arborescens exstipulatus, fol. spatulatis tomentos
rugosis: inferioribus basi connatis vaginantibus.
creticus. 6. C. arborescens exstipulatus, fol. spatulato-ouatis pe-
tiolatis eneruiis scabris, calyc. lanceolatis.
albidus. 8. C. arborescens exstipulatus, fol. ouato lanceolatis
tomentosis incanis sessilibus subtrineruiis.
crispus. 11. C. arborescens exstipulatus, fol. lanceolatis pubes-
centibus trineruiis undulatis.
*halimifo-
lus.* 12. C. arborescens exstipulatus, foliolis duobus calyci-
cinis linearibus. γ . Cistus fruticosus erectus, fol.
oppositis sessilibus vtrinque incanis. *Mill. ic.
t. 290.*
libanotis. 13. C. arborescens exstipulatus, fol. linearibus reuo-
lutis, flor. umbellatis.

• • *Exstipulati suffruticosi.*

- umbellata.* 14. C. suffruticosus procumbens exstipulatus, fol. oppo-
sitis, flor. umbellatis.

laeu-

Cistus Flore albo 3, 4, 5, 6, 10.

flore purpureo 7, 11, 8, 9.

flore luteo 12, 13.

- laevis*. 15. C. suffruticosus adscendens exstipulatus, fol. alternis fasciculatis filiformibus glabris, pedunc. racemosis. Cistus suffruticosus procumbens, fol. alternis confertis inaequalibus setaceis. *Ger. prou.* 394. t. 14. Cistus humilis massiliotica, camphoratae tenuissimis foliis glabris. *Pluk. alm.* 107. t. 84. f. 6. (exclusis prioribus synonymis.)
- Fumana*. 16. C. suffruticosus procumbens exstipulatus, fol. alternis linearibus margine scabris, pedunc. unifloris. β . Chamae-Cistus, ericae folio, elatior luteus. *Bauh. pin.* 466. Helianthemum tenuifolium glabrum erectum, luteo flore. *Bauh. hist.* 2. p. 18. Stamina circiter 16 antherifera & totidem exteriora castrata.
- canus*. 18. C. suffruticosus procumbens exstipulatus, fol. oppositis obouatis villosis subtus tomentosus, flor. subumbellatis.
- marifolius*. 19. C. suffruticosus exstipulatus, fol. oppositis oblongis petiolatis planis subtus incanis.
- indicus*. 17. C. suffruticosus exstipulatus, fol. oppositis hispidis: inferioribus ouatis; superioribus lanceolatis, ramis patentibus.
- oelandicus*. 20. C. suffruticosus procumbens exstipulatus, fol. oppositis oblongis vtrinque glabris, petiolis ciliatis, petalis emarginatis. Cistus suffruticosus procumbens, foliis nudis oppositis viridibus, floribus subumbellatis calycibus hirsutis. *Ger. prou.* 396. Cistus helianthemos, flore paruo luteo. *Bauh. hist.* 2. p. 17.

* * * *Exstipulati herbacei.*

- Tuberaria*. 21. C. exstipulatus perennis, fol. radicalibus ouatis trinerviis tomentosus; caulinis glabris lanceolatis: summis alternis.
- guttatus*. 22. C. herbaceus exstipulatus, fol. oppositis lanceolatis trinerviis, racemis ebracteatis.
- canadensis*. 23. C. herbaceus exstipulatus, fol. omnibus alternis lanceolatis, caule adscendente.

* * * * *Stipulati herbacei.*

- ledifolius*. 24. C. herbaceus erectus glaber stipulatus, florib. solitariis subsessilibus folio ternato oppositis.

salici-

- salicifolius.* 25. C. herbaceus patulus villosus stipulatus, flor. racemosis erectis, pedicellis horizontalibus.
aegyptiacus. 26. C. herbaceus erectus stipulatus, fol. lineari-lanceolatis petiolatis, calyc. inflatis corolla maioribus.

* * * * * *Stipulati suffruticosi.*

- squamatus.* 27. C. suffruticosus stipulatus, fol. obtectis squamis orbiculatis.
surreianus. 28. C. suffruticosus stipulatus, procumbens fol. ovato-oblongis subpilosis, petalis lanceolatis.
nummularius. 29. C. suffruticosus stipulatus, fol. inferioribus orbiculatis; superioribus ovatis.
serpyllifolius. 30. C. suffruticosus stipulatus, foliis oblongis, calycibus laevibus.
thymifolius. 31. C. suffruticosus stipulatus procumbens, fol. ovali-linearibus oppositis brevissimis congestis,
pilosus. 32. C. suffruticosus stipulatus erectiusculus, fol. linearibus subtus bifurcatis incanis, calyc. laevibus.
Flores albi.
racemosus. C. suffruticosus stipulatus, fol. lanceolato-linearibus subtus tomentosis. *Mant. 76,*
Felianthemum. 33. C. suffruticosus procumbens, stipul. lanceolatis, foliis oblongis revolutis subpilosis.
hirtus. 34. C. suffruticosus stipulatus patulus, foliis ovatis, calycibus hispida.
apenninus. 35. C. suffruticosus stipulatus patulus, foliis lanceolatis hirtis. *Flores albi. Frutex pedalis ramoso-patulus.*
polifolius. 36. C. suffruticosus stipulatus procumbens, fol. oblongo-ovatis incanis, calyc. laevibus, petal. ferratis.
arabicus. 37. C. suffruticosus stipulatus, fol. alternis lanceolatis planis laevibus. *Cent. 39.*

674. PROCKIA. *Cal.* 3-phyllus praeter foliola 2 basales. *Cor.* o. *Bacca.* quinquangularis, polysperma.

Crucis. I. PROCKIA.

675. CORCHORVS. Cor. 5-petala. Cal. 5-phyl-
 746. lus, deciduus. Caps. pluri-
 valuis, loculamentosa.

- olitorius.* 2. C. caps. oblongis ventricosis, fol. serraturis infimis
 fetaceis.
- trilocu- 7. C. caps. trilocularibus triualuibus triquetris: angu-*
laris. lis bifidis scabris, fol. oblongis: serraturis infi-
 mis fetaceis. *Mant. 77. Capsulae apex simplex est.*
- aestuans.* 3. C. caps. oblongis trilocularibus triualuibus sexsul-
 catis sexcuspidatis, fol. cordatis: serraturis in-
 fimis fetaceis.
- capsularis.* 4. C. caps. subrotundis depressis rugosis, fol. serratu-
 ris infimis fetaceis. *Ganja sativa. Rumph. amb.*
5. p. 212; t. 78. f. 1. Calyx foliolis concavis, in-
curuatis, extus punctatis, corolla brevioribus. Pe-
tala emarginata.
- hirsutus.* 4. C. caps. subrotundis lanatis, fol. ouatis obtusis to-
 mentosis aequaliter ferratis.
- hirtus.* 5. C. caps. oblongis cauleque pilosis, fol. oblongis
 aequaliter ferratis.
- siliquosus.* 1. C: caps. linearibus compressis biualuibus, fol. lan-
 ceolatis aequaliter ferratis. *Flores vernaes ape-*
tali tetrandri, calyce 4-phyllo; autumnales 5-peta-
li, polyandri, calyce 5-phyllo.

676. SEGVIERIA. Cal. 5-phyllus. Cor. o. Caps.
 747. monosperma: ala magna termi-
 nata alulisque lateralibus.

americana. 1. SEGVIERIA. *Jacq. amer. 170. Folia alterna, petiola-*
ta, elliptica, emarginata. Aculei, iuxta folium, re-
curui. Flores racemosi, albi, foetidi.

677. SYMPLOCOS. Cal. 5-fidus. Petala 5. Sta-
 747. mina petalis inserta.

martini- 1. SYMPLOCOS. Jacq. amer. 166. Folia ovata, petiolata,
censis. *ferrata, nitida. Flores albi.*

DIGYNIA.

678. PAEONIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Styli* 0.
747. *Caps.* polyspermae.

officinalis. 1. *P.* foliolis oblongis.

venusifol. 2. *P.* foliolis linearibus multipartitis. *Linn. dec. t. 5.*
Folia in caule plurima, nec 3 tantum, ut prioris.
Germina pilis purpureis.

679. CVRATELLA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 4.
748. *Styli* 2. *Caps.* 2-partita : lo-
culis dispermis.

americ. A. CVRATELLA. *Statura Coccolobae.*

680. CALIGONVM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 0.
748. *Styli* 0. *Fructus* hispidus,
1-spermus.

Polygonoides. CALLIGONVM. *Plantam habui a p. m. Gronouio, qui as-*
seuerabat esse Polygonoiden T; figura minus quadrat;
videant autoptae, virum sit eadem, nec ne.

TRIGYNIA.

681. DELPHINIUM. *Cal.* 0. *Petala* 5. *Nectarium*
748. bifidum, postice cornutum.
Siliquae 3 f. 1.

* *Vnicapsulares.*

- Consolida.* 1. *D.* nectariis monophyllis, caule subdiviso.
Ajacis. 2. *D.* nectariis monophyllis, caule simplici, *Dic qui-*
bus in terris inscripti nomina Regum nascantur flores,
et phyllida solus habeto. Virg. eccllog. Ecce suos ge-
mitus foliis inscripsit et AIA.
acorii. *D.* nectariis monophyllis antice quadridentatis, caps.
solitariis, ramulis vnifloris. *Mant. 77.*

* * *Tri-*

* * *Tricapsulares.*

acuminatae integerrimae. Affinis Dracocephalo.
virginie. 2. H. fol. cuneiformi-oblongis, caule bifolio.

731. MELITTIS. *Calyx* tubo corollae amplior. *Corollae* lab. sup. planum ; lab. inf. crenatum. *Antherae* cruciatae.
832.

melissoph. 1. MELITTIS.

732. OCYMVUM. *Calyx* lab. superiore orbiculato ; inferiore quadrifido. *Corollae* resupinatae alterum lab. 4-fidum ; alterum indivisum. *Filamenta* exteriora basi processum emittentia.

- thyrsiflorum.* 8. O. flor. paniculato-fasciculatis, caul. ramosissimo. *Mant.* 84.
- monachorum.* 9. O. staminibus edentulis : alternis basi barbatis. *Mant.* 85.
- gratissimum.* 2. O. caule suffruticoso, fol. lanceolato-ovatis, racemis teretibus. (*Excluso Rumphii synonymo.*) *Caulis* basi perennans, *strictus.* *Folia* costa supra tomentoso-caescente. *Spicae* ante anthesin tetragonae bracteis subulato-prominentibus. *Bracteae* cordatae, acutae. *Flores* parvi. *Corollae* albae antheris luteis.
- album.* 10. O. fol. ovatis obtusis : verticillis racemorum approximatis : nubilibus tetragonis, corollis crenatis. *Mant.* 85.
- Basilicum.* 3. O. foliis ovatis glabris, calycibus ciliatis.
- minimum.* 4. O. fol. ovatis integerrimis.
- sanctum.* 11. O. fol. oblongiusculis obtusis ferratis undulatis, caule hirsuto, bracteis cordatis. *Mant.* 85. *Caulis* atro-purpureus.
- americanum.* 5. O. fol. sublanceolatis acuminatis subserratis, racemis teretibus, caule subherbacco.
- tenuiflorum.* 6. O. fol. ovato-oblongis ferratis, bracteis cordatis reflexis concavis, spicis filiformibus.
- menthoides.* 7. O. fol. lineari-lanceolatis ferratis.
- scutellarioides.* 8. O. coroll. falcatis, pedicellis ramosis. *Mant.* 84.

733. TRICHOSTEMA. *Corolae* labium superius
834. falcatum. *Stamina* lon-
gissima.

dichotom. 1. T. staminibus longissimis exsertis.
brachiat. 2. T. staminibus breuibus inclusis.

734. SCVTELLARIA. *Calyx* ore integro: post
834. florescentiam clauso, oper-
culato.

- oriental.* 1. S. fol. incisif subtus tomentosis, spic. rotundato-te-
tragonis.
alpina. 2. S. fol. cordatis inciso-ferratis crenatis, spic. imbrica-
tis rotundato-tetragonis.
supina. 3. S. fol. cordatis inciso-ferratis acutis glabris, spic. im-
bricatis rotundato-tetragonis.
lateriflor. 4. S. flor. laeuibus carina scabris, racemis lateralibus
foliosis.
galericul. 5. S. fol. cordato-lanceolatis crenatis, flor. axillaribus.
basifolia. 6. S. fol. integerrimis: inferioribus hastatis; superio-
ribus sagittatis.
minor. 7. S. fol. cordato-ouatis subintegerrimis, flor. axillari-
bus.
integri- 8. S. fol. sessilibus ouatis: inferioribus obsolete ferra-
folia. tis: superioribus integerrimis.
hauanen- 14. S. fol. cordato-ouatis crenatis axillaribus, coroll.
sis. labio utroque trifido. *Jacq. obs. 2. t. 30. Planta*
procumbens, herbacea, tenella. Pedunculi axillares,
uniflori.
hyssopifol. 9. S. fol. lanceolatis.
peregrin. 10. S. fol. subcordatis ferratis, spic. elongatis secundis.
indica. 11. S. fol. subouatis crenatis petiolatis, racemis nudius-
culis.
altissima. 12. S. fol. cordato-oblongis acuminatis ferratis, spicis
subnudis.

404 DIDYNAMIA. GYMNOSPERMIA. Scutellaria.

cretica. 13. *S.* villosa, fol. cordatis obtusis obtuseque ferratis, spic. imbricatis: bracteis setaceis.

735. **PRVNELLA.** *Filamenta* bifurca: altero apice antherifera. *Stigma* bifidum.
837.

vulgaris. 1. *P.* fol. omnibus ovato-oblongis petiolatis.

grandifl. α. *P.* caerulea, magno flore.

laciniata. 2. *P.* fol. ovato-oblongis petiolatis: supremis quatuor lanceolatis dentatis.

hyssopif. 3. *P.* lanceolato-linearibus ciliatis subsessilibus.

736. **CLEONIA.** *Filamenta* bifurca: apice altero antherifera. *Stigma* quadrifidum.
837.

lufitanica I. **CLEONIA.**

737. **PRASIVM.** *Baccae* 4, monospermae.
835.

maius. 1. *P.* fol. ovato-oblongis ferratis.

minus. 2. *P.* fol. ovatis crenata vtrisque duplici. *An varietas praecedentis?*

738. **PHRYMA.** *Semen* vnicum.
838.

Leptostachya. I. **PHRYMA.**

ANGIOSPERMIA.

739. **BARTSIA.** *Cal.* 2-lobus, emarginatus, coloratus. *Corola* minus ipso calyce colorata; labio superiore longiore. *Capsula* 2-locularis.
839.

coccinea. 1. *B.* fol. alternis linearibus vtrisque bidentatis.

pallida. 2. *B.* fol. alternis lanceolatis integerrimis: floralibus ovatis dentatis.

- viscosa* 3. B. fol. superioribus alternis ferratis, flor. distantibus lateralibus. *Ger. prou. 283.*
alpina. 4. B. fol. oppositis cordatis obtuse ferratis.

740. RHINANTHVS. *Cal.* 4-fidus, ventricosus. *Capsula* 2-locularis, obtusa, compressa.
 840.

- oriental.* 1. R. corollis labio superiore subulato incuruo.
Elephas. 2. R. corollis labio superiore subulato recto.
Cristagall. 3. R. corollis labio superiore compresso breuiore.
Trixago. 4. R. calycibus hirsuto-tomentosis, foliis oppositis obtuse ferratis, caule simplicissimo.
capensis. 6. R. calycibus tomentosis, bracteis ouatis, fol. lanceolatis dentatis. *Buchnera africana*, foliis dentatis oppositis, calycibus subtomentosis fructu longioribus. *Sp. plant. 879. Planta facie Trixaginis a exsiccatione tota nigra euadens. Folia lanceolata, utrinque dentibus 4. s. 3. Spica oblonga Bracteis tomentosis, ouatis, parum acuminatis. Calyces tomentosi, quadrifidi, obtusi, uti Cristae galli.*
indica. 5. R. fol. sublanceolatis pilosis integerrimis.
virginic. 6. R. corollis fauce patentibus, fol. sinuato-dentatis.

741. EVPHRASIA. *Cal.* 4-fidus, cylindricus. *Caps.* 2-locularis, ouato-oblonga. *Antherae* inferiores altero lobo basi spinosae.
 841.

- latifolia.* 1. E. fol. dentato-palmatis, flor. subcapitatis. *Bracteae palmatae, subhirsutae.*
officinal. 2. E. fol. ouatis lineatis argute dentatis.
tricuspid. 3. E. fol. linearibus tridentatis. *Folia linearia dente utrinque unico. Corolla similis E. officinali.*
Odontites. 4. E. fol. linearibus: omnibus ferratis.
lutea. 5. E. fol. linearibus ferratis: superioribus integerrimis.
linifolia. 6. E. fol. linearibus: omnibus integerrimis, calyc. glabris. *Ger. prou. 285. (exclusa β varietate).*

viscosa. 7. *E.* fol. linearibus, calyc. glutinoso-hispidis. *Mant.* 86.

742. MELAMPYRVM. *Cal.* 4-fidus. *Corollae* lab. sup. compressum, margine replicato. *Caps.* 2-locularis obliqua, hinc dehiscens. *Semina* 2-gibba.

842.

cristatum. 1. *M.* spicis quadrangularibus, bracteis cordatis compactis denticulatis imbricatis.

arvense. 2. *M.* spicis conicis laxis: bracteis dentato-setaceis coloratis.

uemorosum. 3. *M.* flor. secundis lateralibus: bracteis dentatis: summis coloratis sterilibus, calyc. lanatis.

pratense. 4. *M.* flor. secundis lateralibus, fol. coniugationibus remotis. coroll. clavis

sylvaticum. 5. *M.* flor. secundis lateralibus, fol. coniugationibus remotis, coroll. hiantibus

743. LATHRAEA. *Cal.* 4-fidus. *Glandula* depresso, ad basin futurae germinis. *Capula* 1-ocularis.

843.

Clandest. 1. *L.* caule ramoso subterrestri, flor. erectis solitariis.

Phelypea. 2. *L.* corollis campanulato-patentibus.

Anbelatum. 3. *L.* corollarum labiis indivisis.

Squamaria. 4. *L.* caule simplicissimo, corollis pendulis: labio inferiore trifido.

744. SCHWALBEA. *Cal.* 4-fidus: lobo superiore minimo; infimo maximo emarginato.

844.

americ. 1. SCHWALBEA.

745. TOZZIA. *Calyx* 5-dentatus *Capsula* unilocularis, globosa, monosperma.

844.

alpina. 1. TOZZIA.

746. PEDICULARIS. Calyx 5-fidus. Capsula 2-locularis, mucronata, obliqua. Semina tunicata.

845.

- palustris.* 1. P. caule ramoso, calycibus cristatis calloso-punctatis, corollis labio obliquis.
- sylvatica.* 2. P. caule ramoso, calycibus oblongis angulatis laevibus, corollis labio cordato.
- rostrata.* 3. P. caule declinato subramoso, corollis galea rostrato-acuminatis, calycibus cristatis subhirsutis. Pedicularis caulibus reflexis, spica laxa purpurea. *Seguier. 3. p. 125. Caulis simplex s. rarius ramosus.*
- Sceptrum Carolin.* 4. P. caule simplici, floribus terno-verticillatis, corollis clausis, calycibus cristatis, capsulis regularibus.
- verticillata.* 5. P. caule simplici, foliis quaternis.
- resupinata.* 6. P. caule simplici, fol. lanceolatis ferratis crenulatis, flor. resupinatis.
- recutita.* 7. P. caule simplici, staminibus floris palea longioribus. *Caulis simplex. Folia pinnatifida, serrata. Spica subfoliosa. Calyces colorati. Corolla purpurea: galea obtusa, nec rostrata.*
- tristis.* 8. P. caule simplici, corollarum galeis margine villosis.
- flammea.* 9. P. caule simplici, foliis pinnatis retro-imbricatis.
- hirsuta.* 10. P. caule simplici, fol. dentato-pinnatis linearibus, calycibus hirsutis. Pedicularis pinnis foliorum acute pinnatis, floribus obtusis purpureis spicatis. *Allion. pedem. 52. t. 12. f. 1.*
- incarnata.* 11. P. caule simplici, fol. pinnatis ferratis, calycibus bifidis obtusis.
- comosa.* 13. P. caule simplici, spica foliosa, corollis galea acuta emarginata, calycibus quinquedentatis. Pedicularis foliis bis pinnatis, calyce non cristatis, floribus ochroleucis in spicam nudam congestis. *Allion. pedem. 50. t. 12. f. 1. (non vero tab. 11. f. 2.)*
- scariosa.* 15. P. caule simplici spica foliosa, corollis galea obtusissima integra, calyc. quinquedentatis. *Mant. 86.*

canaden 16. P. caule simplici, spica subfoliosa, corollis galea fetaceo-bidentata, calyc. deorsum truncatis. *Mant.* 86.

tuberosa. 14. P. caule simplici, calycibus crenatis, corollis galea rostrato-adunca. *Pedicularis alpina lutea.* (l. B. *Segu. ver.* 3. p. 126. *Folia Millefolii. Lanugo ad folia & calyces.*

747. GERARDIA. *Cal.* 5-fidus. *Corolla* 2-labiata: lab. inf. 3-partito: lobis emarginatis: medio 2-partito. *Caps.* 2-locularis, dehiscens.

848.

tuberosa. 1. G. fol. subouatis tomentosis repandis longitudine caulis.

delphinif. 2. G. fol. linearibus pinnatifidis, caule subramoso.

purpurea. 3. G. fol. linearibus. *Confer. Pluk. phyt.* 12. f. 2.

flava. 4. G. fol. lanceolatis pinnato-dentatis, caule simplicifimo.

pedicula-ria. 5. G. fol. oblongis duplicato-ferratis, caule paniculato, calycibus crenatis. *Affinis Pedicular. tristi.*

glutinosa. 6. G. fol. ouatis ferratis, bracteis linearibus hispidis.

748. CHELONE. *Cal.* 5-partitus. *Rudimentum* filamenti quinti inter suprema stamina. *Caps.* 2-locularis.

849.

glabra. 1. C. fol. petiolatis lanceolatis ferratis; summis oppositis.

obliqua. 4. C. fol. petiolatis lanceolatis ferratis oppositis. *Mill. dict.* *Chelone glabra* β. *Sp. plant.* 449. *Millerus* distinguit hanc a praecedenti: *radice minus repente, Foliis latioribus, profundius ferratis: floribus purpureis.*

hirsuta. 2. C. caule foliisque hirsutis. *an mera varietas sequentis?*

Pentstemon. 3. C. fol. amplexicaulibus, panicula dichotoma. *Cynorhynchium* nov' anglicanum digitali accedens herba quadricapsularis, floribus albis rictum caninum referentibus. *Pluk. mant.* 62 β. *Dracoccephalus hirsutus, lysimachiae foliis latioribus hirsutus, Mori. hist.* 3. p. 407. f. 11. t. 21. f. 3. *Caulis teres, pubescens. Corolla violacea, rictu clauso.* 4.

749. GESNERIA. Cal. 5-fidus, germiini infidens.
 850. Corolla incurua recuruaque.
 Capsula infera, 2-ocularis.

- humilis.* 2. G. fol. lanceolatis ferratis sessilibus, pedunculis ramosis multifloris.
acaulis. 1. G. fol. lanceolato-ouatis ferratis subpetiolatis terminali-confertis, pedunculis trifloris folio breuioribus.
tomentos. 3. G. fol. ouato-lanceolatis crenatis hirsutis, pedunculis lateralibus longissimis corymbiferis. *Jacq. amer. 179.* Gesneria erecta, fol. lanceolatis rugosis hirsutis, pedunculis longissimis ramosis ex alis superioribus. *Brow. jam. 261.*

750. ANTIRRHINUM. Cal. 5-phyllus. Corollae basis deorsum prominens, nectarifera. Capsula 2-ocularis.

* *Foliis angulatis.*

- Cymbalaria.* 1. A. fol. cordatis quinquelobis alternis, caulibus procumbentibus.
Elatine. 2. A. fol. hastatis alternis, caulibus procumbentibus.
spurium. 3. A. fol. ouatis alternis, caulibus procumbentibus.
aegyptiac. 4. A. fol. hastatis, caule erecto ramosissimo, pedunculis rigescentibus. *Similimum A. Elatines.* Caules erecti, virgati, vix pubescentes. Folia cordata, angulis inferiorum duobus utrinque, superiorum denique unico. Corollae similes *Elatines*, lutae, sed absque nigra macula, at palato purpurascens punctato: Labium superius emarginatum pallidum. Calcar caeruleum, recuruum, longitudine floris. Pedunculi reiectis floribus rigent tamquam spinae.

* * *Foliis oppositis.*

- triphyll.* 8. A. fol. ternis ouatis. *Linaria ficula latifolia triphylla.*
Bocc. sic. 44. t. 22.
triori- 10. A. fol. quaternis lanceolatis, caule erecto ramoso,
thophor. flor. pedunculatis.

- purpur.* 11. A. fol. quaternis linearibus, caule erecto spicato.
repens. 16. A. fol. linearibus confertis: inferne quaternis, cal. capsulam aequantibus.
monsper- 15. A. fol. linearibus confertis, caule nitido paniculato,
sulanum. pedunc. spicatis nitidis. *Affinis maxime A. re-*
pentis.
sparteum. 14. A. fol. subulatis canaliculatis carnosis: inferioribus ternis, caule paniculato corollisque glaberrimis.
bipuncta- 13. A. fol. linearibus glabris: inferioribus quaternis,
tum. caule erecto paniculato, flor. spicato-capitatis.
triste. 9. A. fol. linearibus sparsis: inferioribus oppositis, nectariis subulatis, flor. subsessilibus. *Linaria hispanica procumbens. Mart. dec. 35. f. 2. Caules radicales plures, glabri, saepius decumbentes. Folia linearia, subcarnosa, conuexa, vire glauca. Capitulum ante anthesin simile A. aruensi, calyce & bracteis folis pubescentibus. Corolla colore Loti jacobaei, calcare striato.*
supinum. 24. A. fol. subquaternis linearibus, caule diffuso, flor. racemosis, calcari recto.
aruense. 17. A. fol. sublinearibus: inferioribus quaternis, calycibus piloso-viscidis, flor. spicatis, caule erecto.
peligeria- 18. A. fol. caulinis linearibus alternis: radicalibus lanceolatis ternis, flor. corymbosis.
num.
saxatile. 20. A. foliis lanceolato-linearibus sparsis villosis: inferioribus quaternis, caule decumbente, floribus spicatis. *Herba tota pubescens.*
viscosum. 19. A. fol. radicalibus quaternis lanceolatis, caulinis linearibus alternis, calycibus villosis cauli approximatis.
multicaul. 22. A. fol. quinis linearibus carnosis, flor. capitatis.
glaucum. 21. A. fol. quaternis subulatis carnosis, caulibus erectis, flor. spicatis.
alpinum. 23. A. fol. quaternis lineari-lanceolatis glaucis, caule diffuso, flor. racemosis calcari recto.
licorne. 25. A. fol. oppositis ovato-oblongis ferratis, caule erecto, flor. racemosis, capsulis bicornibus.
villosum. 5. A. fol. omnibus oppositis ovatis villosis, caulibus simplicibus, flor. oppositis lateralibus.
origanifol. 6. A. fol. plerisque oppositis oblongis, flor. alternis.

minus. 7. A. fol. plerisque alternis lanceolatis obtusis, caule ramosissimo diffuso.

* * * *Foliis alternis.*

dalmaticum. 28. A. fol. alternis cordatis amplexicaulibus.

hirtum. 29. A. fol. lanceolatis hirtis alternis, flor. spicatis, foliolo calycino supremo maximo.

genistifol. 31. A. fol. lanceolatis acuminatis, panicula virgata flexuosa.

iunceum. 30. A. foliis linearibus alternis, caule paniculato virgato, floribus racemosis.

Linaria. 33. A. fol. lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, spicis terminalibus sessilibus, flor. imbricatis.*

linifolium. 32. A. fol. lanceolatis alternis trineruis, flor. racemosis: pedunc. distantibus bractea breuoribus.

chalepense. 34. A. fol. lineari-lanceolatis alternis, flor. racemosis, calycibus corolla longioribus, caule erecto.

reflexum. 26. A. fol. ovatis alternis glabris, pedunculis axillaribus: fructiferis elongatis recurvatis, caule procumbente. Antirrhinum procumbens ramosum, fol. alternis ovatis acuminatis integerrimis, flor. cordatis axillaribus. *Allion. cors. 205. f. 1.*

pedunculatum. 27. A. fol. alternis linearibus remotis, flor. paniculatis: pedunc. folio longioribus strictis.

* * * * *Corollis hiantibus aut ecaudatis.*

maius. 35. A. corollis ecaudatis, flor. spicatis, calycibus rotundatis.

orontium. 36. A. coroll. ecaudatis, flor. subspicatis, calycibus corolla longioribus.

papilionaceum. 44. A. corollis ecaudatis, flor. axillaribus, calyc. papilionaceis, fol. carnosis. *Mant. 86.*

Asarina. 37. A. corollis ecaudatis, fol. oppositis cordatis crenatis, caulibus procumbentibus.

molle. 38. A. corollis ecaudatis, fol. oppositis ovatis tomentosis, caulibus procumbentibus.

* * * *Co.*

(*) PELORIA *Amoen. acad. 1. p. 55. t. 3. LINARIAE* proles hybrida, eisdemque qualitatis & constans, radicibus infinite sese multiplicans, characterum fructificationis diuersissima corolla regulari quincorniculata, pentandra, ut genus proprium absolute constitueret & distinctissimum, nisi fructus semper abortiret naturae prodigium.

* * * *Corollis hiantibus.*

- bellidifo-* 39. A. corollis patulis calcaratis, fol. radicalibus oblongis ferratis; caulinis linearibus.
canadense. 40. A. fol. linearibus alternis, corollis hiantibus: labio inferiore explanato.

751. CYMBARIA. *Calyx* multipartitus: ramentis linearibus. *Capsula* 1-locularis.
 861.
daurica. I. CYMBARIA.

752. CRANIOLARIA. *Cal.* duplex floris: perianthio 4-phylo; spatha 1-phylla. *Cor.* tubus longissimus. *Capsula* Martyniae.
 861.

- fruticosa.* 1. C. fol. lanceolatis dentatis.
annua. 2. C. fol. cordatis angulatis, calyce exteriori diphyllo.

753. MARTYNIA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* ringens. *Caps.* lignosa, corticata, rostro hamato, trilocularis, bivalvis.
 862.

perennis. 1. M. caule simplici, fol. ferratis. *Fructus* ni fallor inferus.

annua. 2. M. caule ramoso, fol. integerrimis angulatis. *Fabr. helmst.* 240. Martynia caule ramoso, fol. cordato-ouatis pilosis. *Mill. ic. t.* 286. Martynia caule petiolisque fistulosis, floribus bibracteatis. *Gouan. hort.* 303. *Stigma tactu clauditur.* Turra. *Capsulae rostrum uncinatum longissimum.*

longiflora. 1. M. caule simplici, fol. orbiculatis repandis. *Habitat ad Cap. b. spei.* ☉. *Caulis erectus, scabriusculus, bipedalis. Folia opposita, petiolata, trinervia. Flores axillares, solitarii breuiter pedunculati. Stipularum loco, ad basin pedunculi, Glandula s. cupula excipiens globum, quasi stylo breui & stigmatate donatum. Perianthium minimum, 5-dentatum. Corollae tubus praelongus, medio contractior, basi dorsali gibbus. Germen superum. Styllus longitudine tubi. Stigmata linearia, 2, reuoluta. Pericarpium vix rostratum, basi utrinque demiculo crasso. Semina parua.*
D. Dax. Royen.

754. **TORENIA.** *Cal.* 2-labiatus: superiore tricuspide. *Filamenta* inferiora ramulo sterili. *Capsula* 2-ocularis.

862.

asiatica. 1. **TORENIA.**

755. **BESLERIA.** *Cal.* 5-partitus. *Bacca* subglobosa, polysperma.

862.

- melitifol.* 1. *B.* pedunculis ramosis, fol. ovatis.
lutea. 2. *B.* pedunculis simplicibus confertis. fol. lanceolatis.
cristata. 3. *B.* pedunculis simplicibus solitariis, caly. serrato-cristatis. *Caulis* radicans scandens. *Calyx* coccineus. *Corolla* flavescens. *Jacq. amer.* 187-

756. **SCROPHULARIA.** *Cal.* 5-fidus. *Cor.* subglobosa, resupinata. *Caps.* 2-ocularis.

863.

- marilandica* 1. *S.* fol. cordatis serratis acutis basi rotundatis, caule obtusangulo.
nodosa. 2. *S.* fol. cordatis trineruatis, caule obtusangulo.
aquatica. 3. *S.* fol. cordatis obtusis petiolatis decurrentibus, caule membranis angulato: racemis terminalibus.
auriculata. 4. *S.* fol. cordatis subtus tomentosis basi appendiculatis, racemis terminalibus. *Statura S. nodosae.* *Caulis* tetragonus, minime pilosus, brachiatus. *Folia* cordata, duplicato-serrata, obtusa ubique, opaca, nuda; ad basin foliolis 2 ovatis accessoriis, nuda fere ternata in minoribus ramis folia simplicia. *Corollae* purpureae tristiores: labio reuolato livido-virescente.
corodon. 5. *S.* fol. cordatis duplicato-serratis, racemo composito foliis interstincto. *Similis S. nodosae; caulis* valde pilosus. *Folia* obtuse serrata; *Racemus* foliis interstinctus, quod non in prioribus.
betonici-folia. 15. *S.* fol. cordatis oblongis dentatis: dentibus integerimis: baseos profundioribus *Mant.* 87.
orientalis. 6. *S.* fol. lanceolatis serratis petiolatis: caulinis ternis, ramis oppositis. *Folia* caulina variantia terna aut quaterna.

414 DIDYNAMIA. ANGIOSPERMIA. Scrophularia.

- frutescens*. 13. S. fol. lanceolatis obtusis serrato-dentatis, pedunculis bifidis.
- vernalis*. 7. S. fol. cordatis, pedunculis axillaribus solitariis dichotomis.
- trifoliata*. 8. S. fol. glabris: inferioribus ternato-pinnatis obtusis: superioribus simplicibus, pedunculis subtrifloris axillaribus.
- sambuci-folia*. 9. S. fol. interrupte pinnatis cordatis inaequalibus, racemo terminali: pedunc. axillaribus geminis dichotomis.
- canina*. 10. S. fol. pinnatifidis, racemo terminali nudo: pedunc. bifidis.
- lucida*. 11. S. fol. inferioribus bipinnatis subcarnosis glaberrimis, racemis bipartitis. *Caulis teres rectus viridis. Folia similia S. caninae, sed subcarnosa. Racemus rigidus, erectus. Corollae pallidae labio superiore rubro.*
- coccinea*. 14. S. fol. quaternis ovatis, flor. verticillatis spicatis.
- peregrina*. 12. S. fol. cordatis lineatis lucidis, pedunc. axillaribus bifloris, caule sexangulari. *Caulis atropurpureus. Corolla purpurea. ☉.*

757. CELSIA. Cal. 5-partitus, Cor. rotata. Filamenta barbata. Caps. 2-locularis.

866.

orientalis. 1. C. fol. bipinnatis.

758. DIGITALIS. Cal. 5-partitus. Cor. campanulata, 5-fida, ventricosa. Caps. ovata, 2-locularis.

866.

- purpurea*. 1. D. calycinis foliolis ovatis acutis, corollis obtusis: labio superiore integro.
- lutea*. 2. D. calycinis foliolis lanceolatis, corollis acutis: labio superiore bifido.
- ferruginea*. 3. D. calycinis foliolis ovatis obtusis, corol. labio inferiore barbato. *Caulis strictus, laevis, 6 pedalis. Folia sessilia, lanceolata, laevia, lineata, integerrima. Racemus e singulis alis supremis, erectus. Bractae linearilanceolatae, reflexae. Pedicelli brevissimi, solitarii. Calycis foliola superiora 3 appro-*

approximata. Corolla ventricosa, calyce paulo longior, pubescens, intus lutescens: laciniis 2 superioribus obsolete; lateralibus acutis; infima longiore, barbata. Stamina flexuosa, absque rudimento quinti. Stylus longitudine floris.

Thapsi. 4. D. fol. decurrentibus.

obscura. 5. D. fol. lineari-lanceolatis integerrimis basi adnatis.

canariensis. 6. D. calycinis foliolis lanceolatis, corollis bilabiatis acutis, caule fruticoso.

759. **BIGNONIA.** Cal. 5-fidus, cyathiformis Cor. fauce campanulata, 5-fida, subtus ventricosa. Siliqua 2-locularis. Sem membranaceo-alata.

868.

Catalpa. 1. B. fol. simplicibus ternis cordatis, caule erecto, flor. diandris.

semperu. 2. B. fol. simplicibus lanceolatis, caule volubili.

unguis. 3. B. fol. coniugatis: cirrho brevissimo arcuato tripartito.

aequino- 4. B. fol. coniugatis cirrhosis: foliolis ovato-lanceolatis, *ctialis.* pedunc. bifloris, siliquis linearibus.

paniculata. 5. B. fol. coniugatis cirrhosis: foliolis cordato-ovatis, flor. racemosis, pedunc. trifloris. Calyx duplici limbo: exteriori plano, amplo, albo, subquinquesido; Interiore erecto, angusto, Corolla purpurea.

crucigera. 6. B. fol. coniugatis cirrhosis: foliolis cordatis, caule muricato-

capreo- 7. B. fol. coniugatis cirrhosis: foliolis cordato-lanceo- *lata.* latis; fol. imis simplicibus. Pedunculi uniflori, congesti, Calyces campanulati, integri.

pubescens. 8. B. fol. coniugatis cirrhosis: foliolis cordato-ovatis subtus pubescentibus.

triphylla. 9. B. fol. ternatis: foliolis ovatis acuminatis, caule fruticoso erecto.

pentaphyl. 10. B. fol. digitatis: foliolis integerrimis obovatis.

Leucoxyl. 11. B. fol. digitatis: foliolis integerrimis ovatis acuminatis.

radiata. 12. B. fol. digitatis: foliolis pinnatifidis.

- radicans.* 13. B. fol. pinnatis: foliolis incisif, caule geniculis radicatis.
- flans.* 14. B. fol. pinnatis: foliolis ferratis, caule erecto firmo flor. racemosis.
- peruviana.* 15. B. fol. decompositis: foliolis incisif, caule geniculis cirrhosis.
- indica.* 16. B. fol. bipinnatis: foliol. integerrimis ovatis acuminatis.
- caerulea.* 17. B. foliis bipinnatis: foliol. lanceolatis integris.

760. CITHAREXYLUM. *Cal.* 5-dentatus, campanulatus. *Cor.* infundibuliformi-rotata: laciniis supra villosis, aequalibus. *Bacca* 2-sperma *Sem.* 2-locularia.

872.

- cinereum.* 1. C. ramis teretibus, calycibus dentatis. *Jacq. amer.* 185. 1. 118.
- caudatum.* 2. C. ramis teretibus, calycibus truncatis.

761. HALLERIA. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 4-fida. *Filamenta* corolla longiora. *Bacca* infera, 2-locularis. (Fructum non vidi.)

872.

lucida. I. HALLERIA.

762. CRESCENTIA. *Cal.* 2-partitus, aequalis. *Cor.* gibba. *Bacca* pedicellata, 1-locularis, polysperma. *Semina* 2-locularia.

872.

Croete. I. CRESCENTIA. *Arbor* ramis simplicibus, longissimis, horizontalibus. *Fructus* figura variat in distinctis individuis & magnitudine a pollicari ad pedalem.

763. GMELINA. Calyx sub 4-dentatus. Cor. 4-fida, campanulata. Antherae 2-bipartitae; 2 simplices. Drupa nucleo 2-loculari.

873.

asiatica. 1. GMELINA. Iambusa fyluestris paruiifolia. Rumph. amb, 1. p. 129. t. 40. Arbor ramis teretibus, striatis. Folia opposita, petiolata, ovata, subtus tomentosa, saepe utrinque lobo laterali acutiore brevis. Spinae axillares, oppositae, horizontales, apice pubescentes, longitudine petiolorum. Flores ex apice ramulorum tenellorum, pedunculati.

764. PETREA. Cal. 5-partitus, maximus; coloratus. Cor. rotata. Caps. 2-locularis, in fundo calycis. Sem. foliaria.

873.

volubilis. 1. PETREA. Scandit arbores. Calyces violacei. Corollae caeruleae.

765. LANTANA. Cal. 4-dentatus obsolete. Stigma uncinato-refractum. Drupa nucleo 2-loculari.

873.

mifla. 9. L. fol. oppositis acuminatis, flor. capitatis: involucri longitudine florum. Camara lamii albi folio, flore misto. Dill. elth. 64. t. 56. f. 64. Viburnum americanum vrticae foliis. Com. hort. 1. p. 151. t. 78.

trifolia. 1. L. fol. ternis, spicis oblongis imbricatis.

annua. 2. L. fol. oppositis, caule inermi herbaceo, spicis oblongis. Desflorum capitulum elongatur in spicam oblongam, baccis purpurascensibus, paleis lineari-lanceolatis interstinctis.

Camara. 4. L. fol. oppositis, caule inermi ramoso, flor. capitato-umbellatis aphyllis. Camara melissae folio, flore variabili. Dill. elth. 64. t. 56. f. 65. Flores flavi, sensim fulvi evadunt; excluso synonymo Comelini.

- intolucra- ra.* 3. L. fol. oppositis ternisque curvato-obovatis obtusis lineatis tomentosis, capitulis squarrosis.
- odorata.* 8. L. fol. oppositis ternisque lanceolato-ellipticis, caule inermi. Lantana aromatica, fol. ternis oppositisque subsessilibus, capitulis conicis in umbellam coactis. *Roy. mss.* Viburnum salviae folio, floribus albis. *Herm. prodr.* 384.
- aculeata.* 5. L. fol. oppositis, caule aculeato ramoso, spicis hemisphaericis.
- salviaefolia.* 6. L. fol. oppositis subsessilibus, floribus racemosis. *Stipulae* 2, subovatae: folia lanceolata, rugosa, venosa, tomentosa. *Thyrsus terminalis.* Corollae etiam tomentosae. *Fructus ignotus. Genus dubium.*
- africana.* 7. L. fol. alternis sessilibus, flor. solitariis. *Fructum perfecit Lipsiae in Horto Ludwighiano, cui Calyx 5-partitus, subulatis laciniis, persistens. Drupa insipida, globosa, subacuminata, sulco bipartita. Nucleus globosus, bilocularis, observante DD. Schreber.*

766. CORNVITIA. *Cal.* 5-dentatus. *Stamina* corolla longiora. *Stylus* longissimus. *Bacca* monosperma.

875.

pyramid. 1. CORNVITIA.

767. LOESELIA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* laciniis omnibus secundis. *Stam.* petalo aduersa. *Capsula* 3-locularis.

875.

ciliata. 1. LOESELIA.

768. CAPRARIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* campanulata, 5-fida, acuta. *Caps.* 2-valvis, 2-locularis, polysperma.

875.

- biflora.* 1. C. fol. alternis, floribus geminis.
- durantifolia.* A. C. fol. ternis dentatis, pedunculis solitariis, ramis alternis.

gratioloides. 3. C. fol. oppositis sessilibus ovatis integerrimis, pedunculis solitariis, caule repente: Pyxidaria repens annua, flosculis monopetalis unilabiatis. *Lind. alsat. 1. p. 152. t. 1. et 2. p. 269. e Virginia nunc Italica et Alsatica.*

crustacea. 4. C. repens, fol. oppositis ovatis subpetiolatis crenatis. *Mant. 87.*

769. SELAGO. Cal. 5-fidus. Cor. tubus capillaris; limbus subaequalis. Sem. 1.

876.

corymbos. 1. S. corymbo multiplici, flor. disiunctis, fol. filiformibus fasciculatis.

rapuncul. 3. S. spicis corymbosis, foliis dentatis.

spuria. 5. S. spicis corymbosis, fol. linearibus denticulatis.

pinastri. 2. S. spicis corymbosis hirsutis, fol. senis verticillatis linearibus.

ericoides. 9. S. capitulis sessilibus terminalibus caulescentibus, fol. quaternis subimbricatis. *Mant. 87.*

coccinea. 4. S. spicis corymbosis, fol. inferioribus linearibus integerrimis, superioribus lanceolato-subulatis subdentatis.

lychnidea. 6. S. spica terminali, fol. subpetiolatis lanceolatis obtusiusculis-ferratis subtomentosis.

tomentosa. 7. S. racemis ramosis, fol. obovatis crenatis tomentosis, caule prostrato.

fruticosa. 10. S. capitulis subrotundis terminalibus, fol. sparsis linearibus obtusis integerrimis, caule fruticoso. *Mant. 87.*

dubia. 8. S. racemo simplici, fol. linearibus alternis, flor. diandris. *Genus dubium.*

1264. MANVLEA. Cal. 5-partitus. Coroll. limbo 5-partito, subulato: laciniis superioribus 4 magis connexis. Caps. 2-locularis, polysperma.

Cheiranthus. 1. MANVLEA. *Mant. 88. Lobelia Cheiranthus. Sp. pl. 1319.*

770. **HEBENSTRETIA.** *Cal.* 2-emarginatus, subtus fissus. *Cor.* 1-labiata: lab. adscendente 4-fido: *Caps.* 2-sperma. *Stam.* margini limbi corollae inserta.

878.

dentata. 1. *H.* fol. dentatis. *Burm. afric. 109. t. 41. f. 1,* Caulis erectus, pedalis, ad radicem et sub spica Ramis simplicibus, adscendentibus. Folia alternato-sparsa, linearia, subhispida, subdentata, erecta, ex singulis alis copiosis foliolis subramescens. Spica terminalis sessilis oblonga, inferne sterilis: bracteis laevibus, subulatis in ordines 10 longitudinales imbricatis, unifloris; Spica enim constructa est ex verticillis 5-floris, sed alternis. Corolla alba, fauce dorsali rubra, singularis staminibus ipso margine fissurae impositis; inferioribus recurvatis. Flores Mane inodori, Meridie foetidi nauseosi, Vesperi ambrosiaci, uti flores tristes dicti s. Haycinthi orientalis. *H. U.*

integrifol. 2. *H.* fol. integerrimis. *Nimis praecedenti affinis.*

cordata. 3. *H.* fol. subcarnosis cordatis sessilibus. *Dau. Royen*
4. Caulis sarmentosus. Folia terno-verticillata, punctata. Spica 5-angularis. *Dau. Royen.*

771. **ERINVS.** *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* limbus 5-fidus, aequalis: lobis emarginatis; Lab. sup. breuissimo reflexo. *Caps.* 2-locularis.

878.

alpinus. 1. *E.* flor. racemosis.

africanus. 2. *E.* flor. lateralibus sessilibus, fol. lanceolatis subdentatis.

peruvian. 3. *E.* fol. lanceolato-ouatis serratis.

laciniat. 4. *E.* fol. laciniatis.

772. **BUCHNERA.** *Cal.* 5-dentatus obsolete. *Corollae* limbus 5-fidus, aequalis: lobis cordatis. *Caps.* 2-locularis.

879.

americ. 1. *B.* fol. dentatis lanceolatis trinerviis. Spica floribus remotis. Caulis vix ramosus.

cana-

- canadensis.* 3. B. fol. laciniatis, caul. dichotomo. *Mant.* 88.
capensis. 4. B. fol. dentatis linearibus, calyc. pubescentibus.
Mant. 88. *Affinis Rhinantho africano.*
asiatica. 2. B. fol. integerrimis linearibus, calycibus scabris.

773. **BROWALLIA.** *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* limbus 5-
 879. fidus, aequalis, patens: umbilico clauso Antheris duabus maioribus. *Caps.* 1-locularis.

- demissa.* 1. B. pedunculis unifloris.
elata. 2. B. pedunculis unifloris multiflorisque.
alienata. 3. B. fol. superioribus oppositis, staminibus duobus longitudine corollae. *Mill. ic.* 68. *Hanc non vidi, tantum ex figura Milleri assumi, ideoque in Speciebus omisi.*

774. **LINNAEA.** *Cal.* duplex: fructus 2-phyllus;
 880. floris 5-partitus, superus. *Corolla* campanulata. *Bacca* ficca, trilocularis.

borealis 1. LINNEA.

775. **SIBTHORPIA.** *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* limbus
 880. aequalis. *Stam.* paribus remotis. *Caps.* compressa, orbicularis, 2-locularis: dissepimento transverso.

- europaea.* 1. S. fol. reniformi-subpeltatis crenatis.
africana. 2. S. fol. orbiculatis integris crenatis, pedunc. solitariis
peregrin. 3. S. fol. reniformibus crenatis, pedunculis geminis
De Genere speciei 2 et 3, nondum plane euectum est,

776. **LIMOSELLA.** *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida, aequalis. *Stam.* per paria approximata. *Caps.* 1-locularis, 8-valvis polysperma.

aquatica. 1. LIMOSELLA.

1265. VANDELLIA. *Cal.* sub. 4-fidus. *Cor.* ringens *Filamenta* 2 exteriora e disco labii corollae. *Anth.* connexae. *Caps.* 1-locularis, polysperma.

diffusa. VANDELLIA. *Mant.* 89.

777. STEMODIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* bilabiata. *Stam.* 4: filamentis singulis bifidis diantheris. *Caps.* bilocularis.

881,

maritim. 1. STEMODIA.

778. OBOLARIA. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* 4-fida, campanulata. *Caps.* 1-ocularis. 2-valuis, polysperma. *Stamina* ex diuisuris corollae.

881.

Virginica. 1. OBOLARIA.

779. OROBANCHE. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* ringens. *Capsula* 1-ocularis, 2-valuis, polysperma. *Glandula* sub basi germinis.

881.

- laevis.* 1. O. caule simplicissimo, laeui, staminibus exsertis.
maior. 2. O. caule simplicissimo pubescente, staminibus subexsertis.
americana. O. caule simplicissimo foliis imbricato, corollis recuruatis, staminibus exsertis, *Mant.* 88.
cernua. 3. O. caule simplicissimo, corollis recuruatis, bracteis ouatis corolla brevioribus, caule nudiusculo.
ramosa. 3. O. caule ramoso, corollis quinquefidis.
virgin. 4. O. caule ramoso, corollis quadridentatis,
uniflora. 5. O. caule unifloro, calyce nudo.
Aeginetia. 6. O. caule unifloro, flore subspathaceo.

780. DODARTIA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* labium
883. inf. duplo longius. *Caps.* 2-lo-
cularis, globosa.

oriental. 1. *D.* fol. linearibus integerrimis glabris.
indica. 2. *D.* fol. ovatis ferratis villosis.

781. LIPPIA. *Cal.* 4-dentatus, subrotundus, ere-
883. ctus, compresso-membranaceus. *Caps.*
1-locularis, 2-valvis, 2-sperma, re-
cta. *Sem.* 1, biloculare.

americana. 1. *L.* capitulis pyramidatis.
hemisphae- 2. *L.* capitulis hemisphaericis. *Jaeg. amer.* 176. t. 179.
rica. *f.* 100. *Mant.* 89.
cuata. 3. *L.* capitulis ovatis, fol. linearibus integerrimis. *Mant.*
89. *Genus ulterius inquirendum in hac specie.*

782. SESAMVM. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* campanula-
883. ta, 5-fida: lobo infimo maiore
Rudimentum Filamenti 5:ti. *Sti-*
gma lanceolatum. *Caps.* 4-lo-
cularis.

orientale. 1. *S.* fol. ovato-oblongis integris.
indicum. 2. *S.* fol. inferioribus trifidis.

783. MIMVLVS. *Cal.* 4-dentatus, prismaticus. *Cor.*
884. ringens: labio superiore lateri-
bus replicato. *Caps.* 2-locularis,
poly sperma.

ringens. 1. *M.* erectus, fol. oblongis linearibus sessilibus.
luteus. 2. *M.* repens, fol. ovatis.

784. RUELLIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* subcampanulata. *Stamina* per paria approximata. *Caps.* dentibus elasticis diffiliens.

884.

- Blechnum.* 1. R. fol. ovatis integerrimis, spic. ovatis: bracteis interioribus geminis, flor. binis sessilibus.
- strepens.* 2. R. fol. petiolatis, flor. verticillatis subsessilibus.
- clandest.* 3. R. fol. petiolatis, pedunculis longis subdivisis nudis.
- paniculata.* 4. R. fol. integerrimis, pedunc. dichotomis lateralibus, calyc. sessilibus: lacinia suprema maiore.
- tuberosa.* 5. R. fol. ovatis crenatis, pedunculis unifloris.
- tentaculata.* 6. R. fol. obovatis, verticillis obvallatis spinis inermibus bifurcatis.
- ciliaris.* 12. R. fol. dentatis ciliatis, flor. oppositis. *Mant.* 89.
- biflora.* 7. R. flor. geminis subsessilibus.
- crispa.* 8. R. fol. subcrenatis lanceolato-ovatis, capitulis ovatis foliosis hispida, caule repente.
- repanda.* 9. R. fol. lanceolatis obtuse dentatis petiolatis, caule repente.
- ringens.* 10. R. fol. oblongis integerrimis, flor. solitariis sessilibus, caule procumbente. *Folia lanceolata, obtusiuscula. Bractee 2, sessiles, calyce breviores.*
- antipoda.* 11. R. fol. mucronato-ferratis, caule repente, flor. subspicatis terminalibus quinis ternisue.
- repens.* 13. R. fol. lanceolatis acuminatis integerrimis, flor. sessilibus, bracteis petiolatis calyce longioribus, caule repente. *Mant.* 89.

785. BARLERIA. *Cal.* 4-partitus. *Stamina* 2 longe minora. *Caps.* 4-angularis, bilocularis? 2-valvis, elastica absque unguibus. *Sem.* 2.

887.

- longifolia.* A. B. spinis verticillorum senis, fol. ensiformibus longissimis scbris.
- Solanifolia.* 2. B. spinis axillaribus, fol. lanceolatis denticulatis †. *Barleria spinis axillaribus, fol. lanceolatis integerrimis, flor. verticillatis sessilibus. Mill. dict. 3.*

- Hystrix.* 7. B. spinis axillaribus geminis simplicibus, fol. integerrimis lanceolato ouatis. *Koen. Mant. 89.*
- Prionitis.* 3. B. spinis axillaribus pedatis quaternis, fol. integerrimis lanceolato-ouatis. *Spinae pedatae, quaternae. Caulis teres. Folia subtus pubescentia. (exclusis synonymis Seb. Pluk. Rumph. quae praecedentis).*
- buxifolia.* 4. B. spinis axillaribus oppositis solitariis, fol. subrotundis integerrimis.
- cristata.* 5. B. fol. oblongis integerrimis, calycis foliolis duobus latioribus ciliatis, duobusque linearibus acutis.
- coccinea.* 6. B. inermis, fol. ouatis denticulatis petiolatis.

786. **DVRANTA.** *Calyx* 5-fidus, superus. *Bacca* 4-sperma. *Sem.* 2-ocularis.

888.

- plumieri.* 1. D. calyc. fructescentibus contortis.
- Ellisia.* 2. D. calyc. fructescentibus erectis.

787. **OVIEDA.** *Cal.* 5-fidus. *Cor.* tubus subcylindricus, superus, longissimus. *Bacca* globosa, 2-sperma.

888.

- spinosa.* 1. O. fol. ovalibus dentatis.
- mitis.* 2. O. fol. lanceolatis subrepandis. *Burm. ind. t. 40. f. 1. Folia longissima. Corollae tubus longissimus.*

788. **VOLKAMERIA.** *Cal.* 5-fidus. *Cor.* laciniis fecundis. *Bacca* 2-sperma. *Sem.* 2-ocularia.

889.

- aculeata.* 1. V. spinis petiolorum rudimentis.
- inermis.* 2. V. ramis inermibus.
- ferrata.* 3. V. fol. lato-lanceolatis ferratis sessilibus. *Mart. 90.*

789. CLERODENDRUM. *Cal.* 5-fidus, campanulatus. *Cor.* tubo filiformi; limbo 5-partito, aequali. *Stamina* longissima, intra lacinias maxime hiantes. *Bacca* 1-sperma.

889.

- infortun.* 1. *C.* fol. cordatis tomentosis. *Petasites* agrestis. *Rumph. amb. 4. p. 108. t. 49.*
- fortunat.* 2. *C.* fol. lanceolatis integerrimis.
- calamitos.* 3. *C.* fol. ovalibus subdentatis nudis. *Mant. 90.*
- paniculatum.* 4. *C.* fol. lobatis ferratis, panicula amplissima. *Mant. 90.*

790. VITEX. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* limbus 6-fidus. *Bacca* 4-sperma.

890.

- Agn. cast.* 1. *V.* fol. digitatis ferratis, spicis verticillatis.
- trifolia.* 2. *V.* fol. ternatis quinatisque integerrimis, paniculis dichotomis.
- Negundo.* 3. *V.* fol. quinatis ternatisque ferratis, flor. racemoso-paniculatis. *Mill. ic. 275. f. 1, 2.*
- pinnata.* 4. *V.* fol. pinnatis integerrimis, paniculis trichotomis.

791. BONTIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* bilabiata: labio inferiore 3-partito, reuoluto. *Drupa* ovata, monosperma, apice obliquo. *Semen* vnicum.

890.

- daphnoid.* 1. *B.* fol. alternis, pedunculis unifloris.

1237. AVICENNIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* bilabiata: lab. superiore quadrato. *Caps.* coriacea, rhomboidea. 1-sperma.

- tomentosa.* 1. *A.* fol. cordato ovatis subtus tomentosis. *Gen. plant. p. 579. Loef. 193.*

nitida. 2. A. fol. lanceolatis vtrinque nitidis. *Gen. plant.* 579.

792. **COLVMNEA.** *Cal.* 5-partitus. *Cor.* lab. sup. fornicatum, integrum; supra basin gibba. *Antherae* conuexae. *Caps.* 2-locularis.

891.

scandens. 1. C. corollis hirsutissimis.

longifolia. 2. C. fol. lanceolatis longissimis subserratis glabris. *Mant.* 90. *Generis certe Achimenes Brownii, an. Columneae?*

793. **ACANTHVS.** *Cal.* bifol. 2-fidus. *Cor.* 1-labiata, deflexa, 3-fida. *Capsula* 2-locularis.

891.

mollis. 1. A. fol. sinuatis incrimibus.

spinosus. 2. A. fol. pinnatis spinosis.

aioscorid. 3. A. fol. lanceolatis integerrimis margine spinosis. †

interfo- lius. 4. A. fol. repandis dentato-spinosis, caule fruticoso aculeato.

madera- spatensis. 5. A. fol. quaternis, flor. axillaribus, calycibus ciliatis. Melampyro affinis tetraphylla gangetica, floribus inter folia sparsis. *Pluk. phyt. t. 99. f. 3.* Caulis herbaceus, dichotomus. *Folia* quaterna, elliptica, mutica. *Calyx exterior imbricatus: foliolis* obouato-cuneatis, ciliatis, 4 parium. *Interior 4-phyllus: foliolis 2 exterioribus lanceolatis, reliquis longioribus; interioribus 2 minoribus linearibus. Capsula rubra.*

794. **PEDALIVM.** *Cal.* 5-partitus. *Cor.* subringens: limbo 5-fido. *Nux* suberosa, tragona, angulis spinosa, 2-locularis. *Sem.* bina.

892.

nurex. A. **PEDALIVM.** *Martyniae* affinis.

795. MELIANTHVS. *Cal.* 5-phyllus: fol. inferiore gibbo. *Petala* 4; nectario infra infima. *Caps.* 4-ocularis.

maior. 1. *M.* stipulis solitariis petiolo adnatis.
minor. 2. *M.* stipulis geminis distinctis.

CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA.

SILICVLOSÆ.

* *Silicula integra, nec apice emarginata.*

800. DRABA. *Silic.* valuulis planiusculis. *Stylus* nullus.
 809. LUNARIA. *Silic.* valuulis planis pedicellata. *Stylus* ex-
 fertus.
 799. SUBULARIA. *Silic.* valuulis semiovatis. *Stylus* breuior
 silicula.
 796. MYAGRUM. *Silic.* valuulis concavis. *Stylus* persistens.
 797. VELLA. *Silic.* valuulis dissepimento dimidio breuioribus.

* * *Silicula emarginata apice.*

804. IBERIS. *Petala* duo exteriora maiora.
 805. ALYSSUM. *Filamenta* quaedam latere interiore dente
 notata.
 807. CLYPEOLA. *Silic.* orbiculata: valuulis planis, decidua.
 806. PELTARIA. *Silic.* orbiculata: compresso-plana; non de-
 hiscens.
 803. COCHLEARIA. *Silic.* cordata: valuulis obtusis, gibbis.
 801. LEPIDIUM. *Silic.* cordata: valuulis acute carinatis.
 802. TELASPI. *Silic.* obcordata: valuulis marginato-cari-
 natis.
 808. BISCUTELLA. *Silic.* biloba supra intraque, margine cari-
 nato.
 798. ANASTATICA. *Silic.* retusa: valuulis dissepimento mucro-
 nato longioribus.

SILIQVOSÆ.

* *Calyx clausus foliolis longitudinaliter conniuentibus.*

822. RAPHANVS. *Siliqu.* articulata.
 814. ERYSIMVM. *Siliqu.* tetragona.
 815. CHEIRANTHVS. *Siliqu.* germine vtrinque glandula notato.
 817. HESPERIS. *Glandulae* intra stamina breuiora.
Petala obliqua.
 818. ARABIS. *Glandulae* 4 intra foliola calycina.
Stigma simplex.

TETRADYNAMIA:

820. BRASSICA. *Glandulae* 2 intra stamina breviora; 2 extra stamina longiora.
 819. TURRITIS. *Petala* erecta.
 811. DENTARIA. *Siliqu.* valvis reuoluto-dehiscens.
 810. RICOTIA. *Siliqu.* unilocularis.

* * *Calyx* hians foliolis superne distantibus.

825. CRAMBE. *Siliqu.* decidua, globosa, sicco-baccata.
Filamenta 4 apice bifurca.
 824. ISATIS. *Siliq.* decidua, lanceolata, monosperma.
 823. BUNIAS. *Siliqu.* decidua, subrotunda, muricata.
 826. CLEOME. *Siliqu.* dehiscens, unilocularis.
 812. CARDAMINE. *Siliqu.* dehiscens: valvulis reuolutis.
 827. SINAPIS. *Siliqu.* dehiscens. *Cal.* horizontaliter patens.
 813. SISYMBRIUM. *Siliqu.* dehiscens: valvis rectiusculis.
Cal. patulus.
 816. HELIOPHILA. *Siliqu.* dehiscens. *Nectararia* 2, recurvata.

SILICVLOSA.

796. MYAGRVM. *Silicula* stylo conico terminata;
893. loculo submonospermo.

- perenne.* 1. M. filiculis biarticulatis monospermis, fol. extrorsum sinuatis denticulatis. *Siliculae articulus inferior abortit; superior monospermus. G.*
- orientale.* 2. M. filiculis sulcatis laeuibus, fol. oblongis dentato-sinuatis.
- rugosum.* 3. M. filiculis sulcatis pilosis rugosis, fol. oblongis obtusis dentatis.
- hispanic.* 4. M. filiculis laeuibus subtorosis, foliis lyratis.
- perfoliat.* 5. M. filiculis obcordatis subsessilibus, foliis amplexicaulibus.
- satiuum.* 6. M. filiculis obouatis pedunculatis polyspermis.
- panicul.* 7. M. filiculis lentiformibus orbiculatis punctato-rugosis.
- saxatile.* 8. M. filiculis lentiformibus obouatis glabris, foliis petiolatis oblongis serratis scabris, caule paniculato. *Filamenta longiora sunt contigua, ad latus alterum alterius posita, apice bifurco, cuius ramus interior truncatus, exterior extrorsum arcuatus. Jacq.*
- aegyptium.* 9. M. filiculis angulatis, foliis tripartitis.

797. VELLA. *Silicula* dissepimento valvulis duplo
805. maiore, extus ouato.

- annua.* 1. V. fol. pinnatifidis, filiculis pendulis.
- Pseudo-Cytisus.* 2. V. foliis integris obouatis ciliatis, filiculis erectis.

798. ANASTATICA. *Silicula* retusa, margine coronata valvulis dissepimento duplo longioribus Stylo intermedio mucronato, obliquo: loculis 1-spermis.

- hierochuntica.* 1. A. fol. obtusis, spicis axillaribus breuissimis, filiculis unguulatis spinosis. *Rosa hierochuntica. Besl. Syst. ant. 4. t. 1. f. 2, 3.*

syriaca. 2. A, fol. acutis, spicis folio longioribus, filiculis ouatis rostratis. Myagrum e Sumatra et Syria, femine spinoso simili capiti auiculae. *Zan. hist. 142.*

799. **SVBVLARIA.** *Silicula* integra, ouata valuis ouatis concavis, dissepimento contrariis. *Stylus* filicula breuior.

aquatica. I. SVBVLARIA.

800. **DRABA.** *Silicula* integra, ouali-oblonga: valuis planiusculis, dissepimento parallelis. *Stylus* nullus.

aizoides. 7. D. scapo nudo simplici, fol. ensiformibus carinatis ciliatis. *Mant. 91.*

ciliaris. 8. D. caule subnudo, fol. linearibus margine carinaque ciliatis, petalis integris. *Mant. 91.*

alpina. 1. D. scapo nudo simplici, fol. lanceolatis integerrimis. *Synonyma exceptis nostris propriis et Oederi ad praecedentem amandanda. Folia radicalia omnia, patentia, lanceolata, supra pilis adspersa, more Androsaces disposita; minime imbricata s. linearia s. ciliata, aut supra laeui. Caulis aphyllus, adspersus raris pilis; nec monophyllus s. laeuis. Petala laeuiter emarginata; nec integra.*

verna. 2. D. scapis nudis, foliis subserratis.

*pyrenai-
ca.* 3. D. scapo nudo, fol. cuneiformibus palmatis trilobis. *Ger. prou. 344. Folia inferiora 5-fida, superiora 3-fida. Flores purpurei.*

nemorosa. 5. D. caule ramoso, fol. ouatis sessilibus dentatis. *Flores lutei.*

hirta. 5. D. scapo vnifolio, fol. subhirsutis, filiculis obliquis pedicellatis. *Oed. dan. t. 140.*

incana. 6. D. fol. caulinis numerosis incanis, filiculis oblongis, obliquis subsessilibus. *Oed. dan. t. 130.*

801. LEPIDIVM. *Silicula* emarginata, cordata, poly-
 897. sperma: valuulis carinatis,
 contrariis.

- perfolia-* 1. L. fol. caulinis pinnato-multifidis, ramiferis corda-
tum. tis amplexicaulibus integris.
vesicarium. 3. L. caulium geniculis inflatis.
nudicaul. 4. L. scapo nudo simplicissimo, flor. tetrandris, fol.
 pinnatifidis.
procum- 5. L. fol. sinuato-pinnatifidis extremo maiore, scapo
bens. nudo, caul. prostratis racemiferis.
alpinum. 6. L. fol. pinnatis integerrimis, scapo subradicato, fili-
 culis lanceolatis mucronatis. *Petala calyce maiora.*
Stamina 4. Licq.
petraeum. 7. L. fol. pinnatis integerrimis, petalis emarginatis ca-
 lyce minoribus.
cardami- 9. L. fol. radicalibus pinnatis, caulinis lyratis. Lepi-
nes. dium fol. inferioribus alterno-pinnatis carnosis
 glaucis, superioribus sessilibus dentatis apice oua-
 tis. *Ard. spec. 1. p. 19. t. 8.*
fatium. 8. L. flor. tetradynamis, fol. oblongis multifidis.
lyratum. 10. L. fol. lyratis crispis.
latifolium. 11. L. fol. ovato-lanceolatis integris ferratis.
subulatum. 12. L. fol. subulatis indivisis sparsis, caule suffruticoso.
gramini- 13. L. fol. linearibus: superioribus integerrimis, cau-
folium. le paniculato virgato, floribus hexandris. *Si-*
milis, diuersa tamen, ab Iberide linifolia.
suffrutico- 18. L. fol. lanceolato-linearibus tenuibus integerrimis,
sum. caul. suffruticosis. *Mant. 91.*
didymum. 19. L. fol. pinnatifidis, caul. erecto, fructibus didy-
 mis. *Mant. 92.*
runderale. 14. L. flor. diandris apetalis, fol. radicalibus dentato-
 pinnatis, ramiferis linearibus integerrimis.
virginic. 15. L. flor. subtriandris tetrapetalis, fol. linearibus pin-
 natis.
Iberis. 16. L. flor. diandris tetrapetalis, fol. inferioribus lan-
 ceolatis ferratis; superioribus linearibus integer-
 rimis.
bonariense. 17. L. flor. diandris tetrapetalis, fol. omnibus pinna-
 to-multifidis.
chalepens. 2. L. fol. sagittatis sessilibus dentatis. *Cent. 169.*

802. **THLASPI.** *Silicula* emarginata, obcordata, polysperma: valuulis nauicularibus, marginato-carinatis.

901.

peregrin. 1. T. filiculis suborbiculatis, fol. lanceolatis integerrimis.

aruense. 2. T. filiculis orbiculatis, fol. oblongis dentatis glabris.

alliaceum, 3. T. filiculis subouatis ventricosis, fol. oblongis obtusis dentatis glabris.

saxatile. 4. T. filiculis subrotundis, fol. lanceolato-linearibus obtusis carnosis. Thlaspi filiculis subrotundis, fol. integris glabris lanceolato-linearibus, radicalibus ouatis. *Ger. prov.* 348. Thlaspi montanum, pingui folio, carneo flore, plana & cordata filiqua. *Barr. ic.* 845.

hirtum. 5. T. filiculis subrotundis pilosis, fol. caulinis sagittatis villosis.

arvensis. 6. F. caule paniculato, flor. conicis lateralibus.
*Leontopo-
dium.* 7. F. caule simplicissimo, capitulo terminali bracteis hirsutissimis radiato. *Fructificatio attente describenda: plurima absoluit D. Scopoli.*

996. **MICROPVS.** *Recept. paleaceum. Pappus nullus. Cal. calyculatus. Radius corollae nullus. Flosculi feminei a squamis calycinis inuoluti.*
1314

- supinus.* 1. M. caule procumbente, foliis geminis.
erectus. 2. M. caule erecto, calycibus edentulis solitariis.

POLYGAMIA SEGREGATA.

997. **ELEPHANTOPVS.** *Calyculus 4-florus. Corollulae ligulatae, hermaphroditae. Recept. nudum. Pappus setaceus.*
1313.

- scaber.* 1. E. fol. oblongis scabris.
tomentos. 2. E. fol. ovatis tomentosis.

998. SPHAERANTHVS. *Calyc.* 8-flori. *Coroll.* tubulosae hermaphroditae & obsoletae femineae. *Recept.* squamosum. *Pappus.* nullus.

1314

- indicus.* 1. *S.* fol. decurrentibus lanceolatis ferratis, pedunc. crispatis,
africanus. 2. *S.* fol. decurrentibus ovatis ferratis, pedunc. teretibus. *Mant.* 119.
chinensis. 3. *S.* fol. sessilibus pinnatifidis. *Mant.* 119.

999. ECHINOPS. *Calyc.* 1-florus. *Coroll.* tubulosae, hermaphroditae. *Recept.* setosum. *Pappus* obsoletus.

1314

- sphaerocephalus.* 1. *E.* capitulis globosis, fol. sinuatis pubescentibus.
spinosus. 4. *E.* capitulis inspersis spinis longis. *Mant.* 119.
Ritro. 2. *E.* capit. globofo, fol. pinnatifidis supra glabris.
strigosus. 3. *E.* capit. fasciculatis, cal. lateralibus sterilibus, fol. supra strigosis.

1000. GVNDELIA. *Calyc.* 0, 5-florus. *Coroll.* tubulosae masculae & hermaphroditae. *Recept.* paleaceum, *Pappus* nullus.

1315

tournefortii. 1. GVNDELIA.

1001. STOEBE. *Calyc.* 1-florus. *Coroll.* tubulosae hermaphroditae. *Recept.* nudum. *Pappus* plumosus.

1315

aethiopica. 1. STOEBE.

MONOGAMIA.

1003. SERIPHIVM. *Cal.* imbricatus. *Cor.* 1-petala,
1316. regularis *Sem.* 1, oblongum,
infra corollam.

cineretum. 1. *S.* flor. verticillato-spicatis, fol. patentibus.

plumosum. 2. *S.* flor. spicatis, fol. granulato-ouatis.

fuscum. 3. *S.* flor. capitatis, fol. imbricatis.

corymbise- 4. *S.* flor. fasciculatis, fol. oblongis appressis *Mant.*
tum. 119.

1002. STRVMPFLA. *Cal.* 5-dentatus, superus.
1316. *Cor.* 5-petala. *Bacca* mono-
sperma.

maritima. 1. STRVMPFLA.

1004. CORYMBIVM. *Cal.* 2-phyllus, 1-florus, pris-
1317. maticus. *Cor.* 1-petala, regu-
laris. *Sem.* 1, infra corollu-
lam, lanatum.

scabrum. 1. *C.* caule scabro. *Mant.* 120. *Pluk. alm.* 73. t. 272.
f. 5. *Burm. afric.* 189. t. 70. *f.* 1. *Corymbus stri-*
ctus: Floribus geminis sibi approximatis: *bracteis*
4 f. 5, linearibus. *Calyx.* clauatus: *valvulis nauicu-*
laribus, non inuoluentibus. *Dau. Royen.*

glabrum. 2. *C.* caule laeui, axillis lanatis. *Pluk. alm.* 73. t. 272.
f. 4. *Panicula laxa, effusa.* Flores distincti: *Bra-*
cteis 2 f. 3, minutis. *Calyx* cylindricus: *valuula*
vna alteram amplexante. *Dau. Royen.*

1005. JASIONE. *Cal.* communis 10-phyllus. *Cor.*
1317. 5-petala, regularis. *Caps.* infera,
bilocularis.

montana. 1. JASIONE.

1006. LOBELIA. Cal. 5-fidus. Corolla 1-petala,
 1317. irregularis. Capsula infera, 2-f.
 3-locularis.

• *Foliis integerrimis.*

- plumieri.* 1. L. frutescens, fol. ovali-oblongis integerrimis. Jacq.
amer. 219. Stamina distincta. Nux bilocularis.
pinifolia. 2. L. fruticosa, fol. linearibus confertis integerrimis.
Dortmanna. 3. L. fol. linearibus bilocularibus integerrimis, caule
 subnudo.
Tupa. 4. L. fol. lanceolatis integerrimis, racemo spicato.
kalmii. 5. L. caule erecto, fol. lanceolato-linearibus obtusiuscu-
 lis alternis integerrimis, racemo terminali.
paniculat. 6. L. fol. linearibus integerrimis, panic. dichotoma.
cornuta. 7. L. fol. ovatis petiolatis, stam. longissimis.

• • *Caule erecto, fol. incis.*

- Phyteuma.* 8. L. fol. ovato-oblongis crenatis, caule subnudo spi-
 cato, antheris hirsutis distinctis.
bulbosa. 9. L. caule erecto, foliis inferioribus pedatis.
triquetra. 27. L. caule erecto, fol. lanceolatis dentatis, racemo
 terminali aphylo. *Mant.* 120.
longiflora. 11. L. fol. lanceolatis dentatis, pedunc. brevissimis late-
 ralibus, tubo corollae filiformi longissimo. Jacq.
amer. 219.
assurgens. 19. L. fol. lanceolatis serratis inferne dentatis, racem.
 compositis terminalibus.
Cardinalis. 12. L. caule erecto, fol. lato-lanceolatis serratis, ra-
 cemo terminali secundo.
siphilitica. 13. L. caule erecto, fol. ovato-lanceolatis subserratis,
 calycum sinibus reflexis.
surinamen- 14. L. caule suffruticoso, fol. oblongis glabris serratis,
sis. flor. axillaribus pedunculatis.
inflata. 15. L. caule erecto, fol. ovatis subserratis pedunculo
 longioribus, caps. inflatis.
eliffortia- 16. L. caule erecto, fol. cordatis obsolete dentatis pe-
na tiolatis, corymbo terminali.
vrens. 18. L. caule erectiusculo, fol. inferioribus subrotundis
 crenatis; superioribus lanceolatis serratis, flor.
 racemosis.

* * * *Caule prostrato, foliis incis.*

- Laurentia.* 19. L. caule prostrato, fol. lanceolato-oualibus crenatis, caule ramoso, pedunc. solitariis unifloris longissimis. Rapuntium creticum minimum, bellidis folio, flore maculato. *Tournef. cor. 2. Bractea setacea in medio pedunculi.*
- Erinus.* 20. L. caule patulo, fol. lanceolatis subdentatis, pedunc. longissimis.
- erinoides.* 21. L. caulib. procumbentibus, fol. lanceolatis ferratis, pedunc. lateralibus.
- Zeylanica.* 22. L. caul. procumbentibus, fol. ouatis ferratis acutis: inferioribus obsusis, pedunc. unifloris, caps. subvillosis.
- lutea.* 23. L. caul. procumbentibus, fol. lanceolatis ferratis, flor. sessilibus subspicatis.
- hirsuta.* 24. L. fol. oualibus crenatis lanatis, flor. lateralibus solitariis.
- coronopif.* 25. L. fol. lanceolatis dentatis, pedunc. longissimis.
- comosa.* 26. L. fol. linearibus dentatis, spica terminali foliosa.
- tenella.* 28. L. caulibus prostratis filiformibus fruticulosis, fol. ouato-lanceolatis glabris utrinque bidentatis. *Mant. 120.*

1007. VIOLA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, irregularis, postice cornuta. *Caps.* superiora, 3-valvis, 1-ocularis.

1323.

* *Acaules.*

- palmata.* 1. V. acaulis, fol. palmatis quinquelobis dentatis indivisisque.
- pedata.* 2. V. acaulis, fol. pedatis septempartis.
- pinnata.* 3. V. acaulis, fol. pinnatifidis.
- lanceolat.* 4. V. acaulis, fol. lanceolatis crenatis.
- primulifolia.* 5. V. acaulis, fol. oblongis subcordatis, petiol. membranaceis.
- hirta.* 6. V. acaulis, fol. cordatis piloso-hispidis.
- palustris.* 7. V. acaulis, fol. reniformibus.
- odorata.* 8. V. acaulis, fol. cordatis, stolonibus reptantibus.

* * *Caule*

* * *Caulescentes.*

- canina.* 9. V. caule adultiore adscendente, fol. oblongo-cordatis.
- montana.* 11. V. caulibus erectis, fol. cordatis oblongis.
- cenifia.* 10. V. caul. filiformibus indivisis prorepentibus, fol. ovatis integerrimis glabris, stipul. indivisis.
- canadens.* 16. V. caule erecto, fol. cordatis acuminatis.
- mirabilis.* 17. V. caule triquetro, fol. reniformi-cordatis, flor. caulinis apetalis.
- biflora.* 18. V. caule bifloro, fol. reniformibus serratis.
- uniflora.* 19. V. caule unifloro, fol. cordatis dentatis.

* * * *Stipulis pinnatifidis; stigmate vrceolato.*

- tricolor.* 15. V. caule triquetro diffuso, fol. oblongis incis, stipul. pinnatifidis.
- grandiflora.* 25. V. caule triquetro simplici, fol. oblongiusculis, stipul. pinnatifidis. *Mant. 120.*
- calcarata.* 14. V. caule abbreviato, fol. subovatis, stip. pinnatifidis, nectariis calyce longioribus.
- cornuta.* 13. V. caule elongato, fol. oblongo-ovatis, stip. pinnatifidis, nectariis subulatis corolla longioribus.
- arborese.* 12. V. caule fruticoso, fol. lanceolatis integerrimis.

* * * * *Floribus erectis, nec resupinatis.*

- emneasperma.* 20. V. caule basi ramosissimo fol. lanceolato-linearibus integerrimis distantibus, calyc. postice aequalibus.
- suffruticosa.* 21. V. caule procumbente, fol. lanceolatis subserratis confertis, calyc. postice aequalibus.
- Calceolaria.* 22. V. caul. simplici hirsuto herbaceo, fol. lanceolatis pilosis, flor. solitariis.
- oppositifolia.* 23. V. caul. fruffruticoso brachiato, fol. oppositis, flor. racemosis.
- Hybanthus.* 24. V. arborescens scandens aculeata, fol. oblongis obtusis glabris.

1008. IMPATIENS. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 5-petala,
 1328. irregularis, nectario cucul-
 lato. *Caps.* supera, 5-valvis.

• *Pedunculis unifloris.*

- chinensis.* 1. I. pedunc. unifloris solitariis, fol. oppositis ovatis,
 nectariis arcuatis.
latifolia. 2. I. pedunc. unifloris solitariis, fol. ovatis: ferraturis
 lanceolatis, nectariis flore longioribus.
oppositif. 3. I. pedunc. unifloris aggregatis, fol. oppositis linea-
 ribus.
cornuta. 4. I. pedunc. unifloris aggregatis, fol. lanceolatis, ne-
 ctariis flore longioribus.
Bellamina. 5. I. pedunc. unifloris aggregatis, fol. lanceolatis: su-
 perioribus alternis, nectariis flore brevioribus.

• • *Pedunculis multifloris.*

- triflora.* 6. I. pedunc. trifloris solitariis, fol. angusto-lanceolatis.
noli tange- re. 7. I. pedunc. multifloris solitariis, fol. ovatis, genicu-
 lis caulinis tumentibus.

CLASSIS XX

GYNANDRIA.

DIANDRIA.

1009. ORCHIS.	<i>Nectarium</i> corniculatum.
1010. SATYRIUM.	<i>Nectarium</i> scrotiforme.
1011. OPHRYS.	<i>Nectarium</i> subcarinatum.
1012. SERAPIAS.	<i>Nectarium</i> ouatum, subtus gibbum.
1013. LIMODORUM.	<i>Nectarium</i> pedicellatum.
1015. CYPRIPEDIUM.	<i>Nectarium</i> inflato-ventricosum.
1016. EPIDENDRUM.	<i>Nectarium</i> turbinatum.
1014. ARETHUSA.	<i>Nectarium</i> connatum cum corolla ringente.
1272. GYNNERA.	2-gyna. Amenti. Cal. 0. Cor. 0. Sem. 1.

TRIANDRIA.

1017. SISYRINCHIVM.	1-gyn. Cal. 0. Cor. 6-petala, plana. Stigmata 3. Caps. 3-locularis, infera.
1018. FERRARIA.	1-gyn. Cal. 0. Cor. 6-petala, crispa. Stigma cucullatum. Caps. 3-locularis, infera.
1273. STILAGO.	1-gyn. Cal. 1-phyllus. Cor. 0. Bacea.

TETRANDRIA.

1019. NEPENTHES.	1-gyn. Cal. 4-partitus. Cor. nulla. Caps. 4-locularis.
------------------	---

PENTANDRIA.

1020. AYENIA.	1-gyn. Cal. 5-phyllus. Cor. 5-petala. Caps. 5-cocca.
1021. PASSIFLORA.	3-gyn. Cal. 5-partitus. Cor. 5-petala. Bacca pedicellata.

HEXANDRIA.

1022. ARISTOLOCHIA.	6-gyn. Cal. nullus. Cor. 1-petala. Caps. 6-locularis.
---------------------	--

• *Eleome.*

GYNANDRIA.

1024. PISTIA. 1-gyn. Cal. nullus. Cor. 1-petala.
Caps. 1-locularis.

DECANDRIA.

1024. KLEINHOFIA. 1-gyn. Cal. 5-phyllus. Cor. 5-petala. Ne-
ctarium staminiferum. Caps. 5-cocca-
1025. HELICTERES. 1-gyn. Cal. 1-phyllus. Cor. 5-petala. Caps.
5, 1-loculares, polyspermae.

DODECANDRIA.

1232. CYTIVS. 1-gyn. Cal. 4fidus. Cor. 0. Bacca
3-locularis.

POLYANDRIA.

1927. XYLOPIA. 1-gyn. Cal. 1-phyllus. Cor. 6-petala.
Druppa sicca.
1026. GREWIA. 1-gyn. Cal. 5-phyllus. Cor. 5-petala.
Bacca locularis.
1031. POTHOS. Spatha. Cal. nullus. Cor. 4-petala.
Bacca 1-sperma.
1029. DRACONTIVM. Spatha. Cal. nullus. Cor. 5-petala.
Bacca polysperma.
1030. CALLA. Spatha. Cal. nullus. Cor. nulla.
Stam. mixta pistillis.
1028. ARVM. Spatha. Cal. nullus. Cor. nulla.
Stam. supra pistilla.
1238. AMBROSINIA. Spatha. Cal. nullus. Cor. nulla.
Stamina alterius lateris dissepimenti,
alterius pistilla.
1032. ZOSTERA. Folium. Cal. nullus. Cor. nulla.
Sem. alterna, nuda.

DIANDRIA.

1009. ORCHIS. *Nectarium* corniforme pone florem.
1330.

* *Corollae galea calcarata.*

- bicornis.* 1. O. bulbis indiuisis, corollis galea bicalcarata; labio quinquepartito.
biflora. 2. O. bulbis indiuisis, corollis galea vnicalcarata, alis patentibus; labio lanceolato acuminato.
cornuta. 3. O. bulbis indiuisis, corollis galea vnicalcarata; alis patentibus; labio minimo subouato.

* * *Bulbis indiuisis.*

- sancta.* 4. O. bulbis indiuisis? nectarii labio lanceolato quinque-dentato: cornu incuruo, petalis conniuentibus.
susannae. 5. O. bulbis indiuisis, nectarii alis amplioribus ciliatis.
ciliaris. 7. O. bulbis indiuisis, nectarii labio lanceolato ciliato: cornu longissimo.
habenaria. 6. O. bulbis . . . nectarii labio tripartito: lateralibus fetaceis; cornu filiformi petalis decuplo longiore.
bifolia. 8. O. bulbis indiuisis, nectarii labio lanceolato integerrimo: cornu longissimo, petalis patentibus.
flexuosa. 9. O. bulbis indiuisis, nectarii labio imbricato, petalis duobus occultatis filiformibus: scapo flexuoso.
cucullata. 11. O. bulbis indiuisis, nectarii labio trifido, petalis confluentibus, caule nudo.
globosa. 13. O. bulbis indiuisis, nectarii labio trifido: trilobo cornu breui petalis apice subulatis. *Bulbi fusiformes. Spica densissima breuis; Flores resupinati, purpurascetes.*
pyramidalis. 12. O. bulbis indiuisis, nectarii labio bicorni trifido aequali integerrimo, cornu longo, petalis sublan-ceolatis.
coriophora. 14. O. bulbis indiuisis, nectarii labio trifido reflexo crenato: cornu breui, petalis conniuentibus
cubitalis. 15. O. bulbis indiuisis, nectarii labio trifido filiformi: intermedia ouata; cornu germinibus breuiore.
Morio. 16. O. bulbis indiuisis, nectarii labio quadrifido crenulato: cornu obtuso adicendente, petalis obtusis conniuentibus.

- mascula.* 17. O. bulbis indivisis, nectarii labio quadrilobio crenulato: cornu obtuso, petalis dorsalibus reflexis. *Differt ab O. morione Petalis exterioribus acutioribus longioribus; Labelli lacinia media s. bifida lateralibus longiore.*
- vsulata.* 18. O. bulbis indivisis, nectarii labio quadrifido punctis scabro: cornu obtuso, petalis distinctis. *Oed. dan. t. 103.*
- militaris.* 19. O. bulbis indivisis, nectarii labio quinquefido punctis scabro: cornu obtuso, petalis confluentibus.
- papilionacea.* 20. O. bulbis indivisis, nectarii labio indiviso crenato emarginato ampliato: cornu subulato, petalis conniuentibus.
- burmaniana.* 20. O. bulbis indivisis, nectarii labio multipartito lineari, fol. cordato-amplexicauli, scapo unifloro.

* * * *Bulbis palmatis.*

- latifolia.* 21. O. bulbis subpalmatis rectis, nectarii cornu conico: labio trilobo lateribus reflexo, bracteis flore longioribus.
- incarnata.* 23. O. bulbis palmatis, nectarii cornu conico: labio obscure trilobo serrato, petalis dorsalibus reflexis. *Hall. emend. 178.*
- sambucina.* 22. O. bulbis subpalmatis rectis, nectarii cornu conico: labio ovato subtrilobo, bracteis longitudine florum. *Fl. suec. 2. n. 803.*
- maculata.* 24. O. bulbis palmatis patentibus, nectarii cornu geminibus brevioribus: labio plano, petalis dorsalibus erectis. *Caulis non fistulosus.*
- odratisima.* 25. O. bulbis palmatis, nectarii cornu recurvo brevioribus: labio trilobo, foliis linearibus.
- conopsea.* 26. O. bulbis palmatis, nectarii cornu fetaceo geminibus longioribus: labio trifido, petalis duobus patentissimis.
- flava.* 27. O. bulbis palmatis, nectarii cornu filiformi longitudine geminis: labio trifido integerrimo.

* * * * *Bulbis fasciculatis.*

- fuscescens.* 28. O. bulbis fasciculatis, nectarii cornu longitudine geminis, labio ovato basi dentato.

- strateuma*-29. O. bulbis fasciculatis, nectarii labio bilobo integerrimo: cornu longitudine germinis.
- hyperborea*.33. O. bulbis fasciculatis, nectarii cornu longitudine germinis: labio lineari integerrimo truncato. *Mant. 121. Koenig.*
- abortiua*. 30. O. bulbis fasciculatis filiformibus, nectarii labio ouato integerrimo, caule aphylo.

* * * * * *Bulbis etiamnum ignotis.*

- psycodes*. 31. O. nectarii cornu setaceo longitudine germinis: labio tripartito ciliari.
- spectabilis*.32. O. nectarii cornu longitudine germinis: labio ovali emarginato, caule aphylo, fol. ovalibus.

1010. SATIRIVM. *Nectarium* scrotiforme f. inflato-didymum pone florem.
1337.

- hircinum*. 1. S. bulbis indivisis, fol. lanceolatis, nectarii labio trifido: intermedia lineari obliqua praemorsa.
- viride*. 2. S. bulbis palmatis, fol. oblongis obtusis, nectarii labio lineari trifido: intermedia obsoleta. *Oed. dan. t. 77. Sequ. ver. 2. t. 16. f. 18.*
- nigrum*. 3. S. bulbis palmatis, fol. linearibus nectarii labio resupinnato trilobo: intermedia maiore. *Sequ. ver. t. 15. f. 17.*
- albidum*. 4. S. bulbis fasciculatis, fol. lanceolatis, nectarii labio trifido acuto: intermedia obtusa. *Oed. dan. t. 115.*
- Epipogium*.5. S. bulbis compressis dentatis, caule vaginato, corollis resupinatis: nectarii labio indiviso. Epipactis caule aphylo, flore supinato: labello ouato-lanceolato, calcare ouato turgido. *Aët. bernens. s. p. 309.*
- platagineum*. 6. S. bulbis subfibrosis, fol. caulinis ouatis petiolatis vaginantibus, nectarii labio integro.
- repens*. 7. S. bulbis fibrosis, fol. ouatis radicalibus, floribus secundis. Epipactis foliis petiolatis ouato-lanceolatis, floribus tetrapetalis hirsutis. *Hall. aët. helv. 4. p. 114. Petala 3 pubescemia, conglutinata.*
- capense*. 8. S. bulbis . . . nectarii labio latiore obtuso emarginato utriusque undulato.

1001. OPHRYS. *Nectarium* subtus subcarinatum.

1339.

* *Bulbis ramosis.*

- Nidus.* 1. O. bulbis fibroso-fasciculatis, caule vaginato aphylo, nectarii labio bifido.
- Corallorhi-2.* O. bulbis ramosis flexuosis caule vaginato, aphylo, nectarii labio trifido.
- Spiralis.* 3. O. bulbis aggregatis oblongis. caule subfolioso, flor. spirali-secundis, nectarii labio indiviso crenulato. *Segu. ver. t. 8. f. 9. d. Epipactis foliis plerisque ex lineari-lanceolatis. Gmel. sib. 2. p. 13. t. 3. f. 1. Petala exteriora 3 conglutinata.*
- cernua.* 4. O. bulbis fasciculatis, caule folioso, flor. cernuis, nectarii labio oblongo integro acuto.
- ouata.* 5. O. bulbo fibroso, caule bifolio, fol. ovatis, nectarii labio bifido.
- cordata.* 6. O. bulbo fibroso, caule bifolio, fol. cordatis. *Aët. helu. 2. p. 75. t. 6. Labellum bifidum basi utrinque dente notatum, quod non in O. ovata.*

* * *Bulbis rotundis.*

- linifolia.* 7. O. bulbo subrotundo, scapo nudo, fol. lanceolatis, nectarii labio integro, petalis dorsalibus linearibus. *Fhret. aët. angl. 1764. n. 53. p. 81. t. 4. β. Epipactis foliis binis ovatis, bulbis pyriformibus foliosa vagina cinctis. Hall. aët. 4. p. 120. Bifolium bulbosum. Dod. pempt. 292. Scapus nudus, triqueter. Folia radicalia nervosa. Flores rubri, sed Petala 3 angusta, linearia, viridia.*
- loeselii.* 8. O. bulbo subrotundo, scapo nudo trigono, nectarii labio ovato.
- paludosa.* 9. O. bulbo subrotundo, scapo subnudo pentagono, foliis apice scabris, nectarii labio integro.
- monophyl-10.* O. bulbo rotundo, scapo nudo, folio ovato, nectarii labio integro.
- Menorch.* 11. O. bulbo globoso, scapo nudo, nectarii labio trifido cruciata.
- alpina.* 12. O. bulbis ovatis, scapo nudo, fol. subulatis, nectarii labio indiviso obtuso utrinque unidentato.

- camtscha-* 13. *O.* bulbis . . . scapo filiformi vaginato, racemo
tea. laxo, nectarii labio lineari bifido.
- antropo-* 14. *O.* bulbis subrotundis, scapo folioso, nectarii labio
phora. lineari tripartito: medio elongato bifido.
- insecti-* 15. *O.* bulbis subrotundis, scapo folioso, nectarii la-
fera. bio subquinelobo.
- myodes.* α. *O.* muscae corpus referens, minor, galea & alis
herbidis.
- arachnites.* β. *O.* araneum referens.
- atrata.* 19. *O.* bulbis . . . florum cucullo staminifero bicorni.
Mant. 121.
- catholica.* 16. *O.* bulbis fibrosis, flor. tripetalis: galea ventrico-
sa magna: labio cruciata, scapo folioso.
- circumfle-* 17. *O.* bulbis indiuisis, flor. tripetalis: alis emarginatis;
xa. labio trifido lateralibus circumflexis.
- castra.* 18. *O.* bulbis . . . nectarii labio reniformi latissimo
emarginato.

1012. SERAPIAS. *Nectarium* ouatum, gibbum,
1344. labio ouato.

latifolia. 1. *S.* bulbis fibrosis, fol. ouatis amplexicaulibus, flor. pendulis. *Fl. sic.* 319. Serapias bulbis fibrosis, nectarii labio obtuso crenato petalis aequali, fructibus pendulis. *Huëf. angl.* 341. Serapias bulbis fibrosis, floribus secundis, labello planiusculo, petalis ouatis. *Scop. carn.* 255. Serapias bulbis fibrosis, caule multifloro, floribus spicatis, nectarii labio petalis breuiore. *Ger. prov.* 132. Epipactis foliis amplexicaulibus ouato-lanceolatis, labello lanceolato. *Hall. act. helv.* 4. p. 108. Epipactis s. Helleborine. *Cam. epit.* 187. Helleborine floribus e viridi & purpureo variis labello acuminato, foliis breuissimis. *Hall. helv.* 275. Helleborine latifolia montana. *Bauh. pin.* 186. *Folia amplexicaula. Spica multiflora, longa. Petioli longi. Flores fructusque penduli. Nectarium lineis nullis.*

longifolia. 2. *S.* bulbis fibrosis, fol. ensiformibus sessilibus, flor. pendulis. Serapias bulbis fibrosis, nectariis labio obtuso longitudine petalorum *Ger. prov.* 132. Serapias bulbis fibrosis, floribus sparsis patulis, labello

concauo petalis longiore. *Scop. carn. 256. Epipactis foliis ensiformibus, floribus pendulis labello obtuso oris plicatis. Hall. act. helv. 4. p. 111. Helleborine angustifolia palustris s. pratensis. Bauh. pin. 87. Caulis altior. Spica longa multiflora. Flores fructusque penduli. Flores duplo majores petalis latioribus. Nectarium reliquis petalis cohaerens: cymba lineis purpureis. H.*

- grandiflora.* 6. S. bulbis fibrosis, fol. ensiformibus, flor. erectis, nectarium labio obtuso petalis breuiore. *It. oel. 144. Hudl. angl. 341. Serapias bulbis fibrosis, caule paucifloro, flor. distantibus, nectarium labio petalis breuiore. Ger. prov. 132. Epipactis caule folioso paucifloro, lineis laeuis labelli obtusi. Hall. act. helv. 4. p. 105. Flores albi, magni Fructusque erectus; Labellum breue minus acutum lineis eminentibus. H.*
- rubra.* 7. S. bulbis fibrosis, fol. ensiformibus, flor. erectis: nectarium labio acuto. Epipactis caule folioso paucifloro, lineis undulatis labelli acutissimi. *Hall. act. 4. p. 103. Helleborine longifolia, paucis purpureis floribus. Hall. helv. 274. Helleborine montana angustifolia purpurascens. Bauh. pin. 187. Elleborines genus 5. Clus. pan. 275. Flores purpurei magni Fructusque erecti. Labellum longius acutum lineis undulatis. H.*
- Lingua.* 2. S. bulbis subrotundis, nectarium labio trifido acuminato glabro petalis longiore.
- cordigera.* 4. S. bulbis subrotundis, nectarium labio trifido acuminato maximo basi barbato.

1013. LIMODORVM. Nectarium monophyllum, 1346. concauum, pedicellatum, intra petalum infimum.

- tuberosum.* 1. L. floribus sessilibus racemosis alternis.
- altum.* 2. L. floribus pedunculatis sparsis. *Plum. ic. 189. distincta a praecedenti nulla in floribus barba et floribus sparsis numerosissimis.*

1014. **ARETHUSA.** *Nectarium* tubulosum intra
1346. corollae fundum: labio infe-
riore stylo adnato.

- bulbosa.* 1. A. radice globosa, scapo vaginato, spathadiphylla.
ophioglos- 2. A. radice fibrosa, scapi folio ovali, foliolo spatha-
soides. ceo lanceolato.
diuarica- 3. A. radice subpalmata, scapi folio folioloque spatha-
ta. ceo lanceolatis, petalis exterioribus ascendenti-
bus.

1015. **CYRIPEDIVM.** *Nectarium* ventricosum,
1346. inflatum, cauum.

- Calceolus.* 1. C. radicibus fibrosis, fol. ovato-lanceolatis cauli-
nis. *Mill. ic. t. 242.*
bulbosum. 2. C. bulbo subrotundo, fol. subrotundo radicali. *Flos*
pentapetalus.

1016. **EPIDENDRVM.** *Nectarium* turbinatum, ob-
1347. liquum, reflexum.

* *Scandentes.*

- Vanilla.* 1. E. scandens, fol. ovato-oblongis nervosis sessilibus
caulinis, cirrhis spiralibus. *Plum. ic. 188.*
Flos aëris. 2. E. caule scandente tereti subramoso, fol. lanceolatis,
petalis linearibus obtusis.

* * *Caule erecto folioso.*

- tenuifol.* 3. E. fol. caulinis subulatis canaliculatis.
spatula- 4. E. fol. caulinis oblongis alternis obtusis aueniis, ne-
tum. ctarii labio bifido diuaricato.
furuum. 5. E. caulescens, fol. imbricatis lanceolatis, racem.
axillaribus.
coccineum. 6. E. fol. caulinis ensiformibus obtusis, pedunc. vni-
floris axillaribus confertis.
secundum- 7. E. fol. caulinis oblongis, spicis secundis, nectarii
tubo longitudine corollae.
lineare. 8. E. fol. caulinis linearibus obtusis emarginatis, cau-
le simplici.

- punctatum.* 10. E. fol. lanceolatis nervosis : vaginis imbricatis , scapo paniculato corollisque punctatis.
- caudatum.* 11. E. fol. lanceolatis nervosis , scapo paniculato , petalis maculatis caudatis : duobus longissimis.
- ovatum.* 9. E. fol. caulinis ovatis acutis amplexicaulibus nervosis , scapis paniculatis.
- ciliare.* 12. E. fol. oblongis aveniis , nectarii labio tripartito ciliato , intermedia lineari , caule bifolio.
- nocturnum.* 13. E. fol. oblongis aveniis , nectarii labio tripartito integerrimo : intermedia lineari , caule multifolio. *Catesbaei et Jacquini forte distinctae species.*
- cucullatum.* 14. E. fol. subulatis , scapo unifloro , nectarii labio ovato ciliato acuminato , petalis elongatis.
- * * * *Scapo nudo , foliis radicalibus.*
- nodesum.* 15. E. fol. unico subradicali , spacie subquadrifloro.
- carinatum.* 16. E. fol. oblongis obtusis compressis articulatis.
- aloifolium.* 17. E. fol. radicalibus oblongis obtusis superne latioribus.
- guttatum.* 18. E. fol. radicalibus lanceolatis canaliculatis , petalis cuneiformibus retusis.
- luncifolium.* 19. E. fol. subulatis sulcatis , scapo petalisque punctatis : labio immaculato dilatato.
- scriptum.* 20. E. fol. ovato-oblongis trineruis , flor. racemosis maculatis.
- retusum.* 21. E. fol. radicalibus linearibus apice bifariam retusis , flor. racemosis maculatis.
- amabile.* 23. E. fol. radicalibus lato-lanceolatis aveniis , petalis lateralibus orbiculatis.
- cochlearium.* 22. E. fol. oblongis geminis glabris striatis bulbo innatis , scapo multifloro , nectario cordato.
- tuberosum.* 24. E. fol. lato-lanceolatis nervosis membranaceis bulbo innatis , scapo vaginato , nectario cymbiformi bifido.
- pusillum.* 25. E. fol. ensiformibus subcarnosis , scapo paucifloro.
- ensifolium.* 26. E. caule tereti laevi , fol. ensiformibus striatis , petalis lanceolatis glabris : labio recurvato latiore.
- moniliforme.* 27. E. caule tereti articulato striato moniliformi nudo simplicissimo , foliis linearibus acutis.
- ophioglossoides.* 28. E. caule unifolio , flor. racemosis secundis.

ruscifolium. 29. E. caule vnifolio, flor. e sinu folii aggregatis.
graminis. 30. E. caule vnifolio, flor. e sinu folii geminis.

1272. GUNNERA. Amentum squamis vnifloris.
Cal. 0. *Cor.* 0. *Germen* 2 - den-
 tatum. *Styli* 2. *Sem.* 1.

perpenſa. 1. GUNNERA. *Mant.* 121.

TRIANDRIA.

1017. SISYRINCHIVM. Monogyna. *Spatha* di-
 1353. *phylla*. *Petala* 6, pla-
 na. *Caps.* 3-locularis,
 infera.

Bermud. 1. S. fol. ensiformibus eneruiis.
palmifol. 2. S. fol. ensiformibus nervosis. *Mant.* 122.

1018. FERRARIA. Monogyna. *Spathae* vniflorae.
 1353. *Petala* 6, vndulato-crispata.
Stigmata cucullata. *Caps.* 3-lo-
 cularis, infera.

vndulata. 1. FERRARIA.

1273. STILAGO. Monogyna. *Cal.* 1 - phyllus. *Cor.*
 0. *Bacca* globosa.

Bunius. 1. STILAGO. *Mant.* 122.

TETRANDRIA.

1019. NEPENTHES. Monogyna. *Cal.* 4-partitus.
 1354. *Cor.* 0. *Caps.* 4-locularis.

destillato- 1. NEPENTHES.
ria.

PENTANDRIA.

1020. AYENIA, Monogyna. Cal. 5 - phyllus. Petala connata in stellam vnguibus longis. Antherae 5, sub stella. Caps. 5 - locularis.

- 1354.
- pusilla.* 1. A. fol. cordatis glabris.
tomentos. 2. A. fol. ovato-subrotundis tomentos.
magna. 3. A. fol. cordatis pubescentibus, florum'germine sessili.

1021. PASSIFLORA, Trigyna. Cal. 5 - phyllus. Petala 5. Nectarium corona. Bacca pedicellata.

* Foliis indivisis.

- serratifol.* 1. P. fol. indivisis ovatis serratis.
pallida. 2. P. fol. indivisis ovatis integerrimis: petiolis biglandulosis.
cupraea. 3. P. fol. indivisis ovatis integerrimis: petiolis aequalibus.
tiliaefolia. 4. P. fol. indivisis cordatis integerrimis, petiolis aequalibus.
maliformis. 5. P. fol. indivisis cordato-oblongis integerrimis: petiolis biglandulosis, involucris integerrimis.
quadrangularis. 6. P. fol. indivisis subcordatis integerrimis: petiolis sexglandulosis, caule membranaceo tetragono. *Jacq. amer. 231. t. 143.*
laurifolia. 7. P. fol. indivisis ovatis integerrimis: petiolis biglandulosis, involucris dentatis. *Jacq. obs. 35.*
multiflor. 8. P. fol. indivisis oblongis integerrimis, flor. confertis.
 * * Foliis bilobis.
perfoliata. 9. P. fol. bilobis oblongis transversis amplexicaulibus petiolatis subtus punctatis.
rubra. 10. P. fol. bilobis cordatis acuminatis.
normalis. 11. P. fol. bilobis basi emarginatis: lobis linearibus obtusis diuaticatis: intermedio obsoleto mucronato. *Brown. iam. 328. n. 11.*

Muru.

Murueuja. 12. P. fol. bilobis obtusis basi indivisis, nectariis monophyllis.

Vespertilio. 13. P. fol. bilobis basi rotundatis glandulosisque: lobis acutis diuarcatis: subtus punctatis.

capsularis. 14. P. fol. bilobis cordatis oblongis petiolatis.

* * * *Foliis trilobis.*

rotundifolia. 15. P. fol. subtrilobis obtusis subrotundis, subtus punctatis. *Petioli absque glandulis. Folia subtus inter nervos longitudinali ordine punctata. Jacq. obs. 2. t. 46. f. 1.*

punctata. 16. P. fol. trilobis oblongis subtus punctatis: intermedio minore. *Flos albidus. Petala calyce breviora. Nectarii ambitus exterior radiis 30 luteis, longitudine fere petalorum, clauatis. Intermedius ordo capillaris brevior. Intimus plicatus, truncatus, etiam viridis. Receptaculum tectum operculo concavo striato albido.*

lutea. 17. P. fol. trilobis cordatis aequalibus obtusis glabris integerrimis.

suberosa. 18. P. fol. trilobis subpeltatis, cortice suberoso.

holosericea. 19. P. fol. trilobis: basi utrinque denticulo reflexo. *Petioli glandulis 2 oppositis. Foliorum lobi laterales breues: subtus pone sinum lobi glandula obsoleta.*

hirsuta. 20. P. fol. trilobis villosis, flor. oppositis.

foetida. 21. P. fol. trilobis cordatis pilosis, involucris multifido-capillaribus.

minima. 22. P. fol. trilobis integerrimis: lobis sublanceolatis: intermedio productione.

incarnat. 23. P. fol. trilobis ferratis.

* * * * *Foliis multifidis.*

caerulea. 24. P. fol. palmatis integerrimis.

ferrata. 25. P. fol. palmatis ferratis.

pedata. 26. P. fol. pedatis ferratis.

HEXANDRIA.

1022. ARISTOLOCHIA. Hexagyna. Cal. o. Cor.

1361.

1-petala, lingulata, integra. Caps. 6-locularis, infera.

- bilobata.* 1. A. fol. bilobis, caule volubili.
- trilobata.* 2. A. fol. trilobis, caule volubili, flor. maximis. Jacq. *spec.* 8. t. 3. *Folia palmato-triloba. Caulis aromaticus.*
- pentandra.* 3. A. fol. cordatis hastato-subtrilobis, caule volubili, bractea cordata amplexante.
- peltata.* 4. A. fol. reniformibus subpeltatis, caule volubili. Jacq. *spec.* 9. t. 4.
- maxima.* 5. A. fol. oblongis acuminatis, caule volubili, pedunc. multifloris. *Caulis versus radicem suberosus.*
- bilabiata.* 6. A. fol. ovato-oblongis trineruis, caule volubili, corollis bilabiatis.
- erecta.* 7. A. fol. lanceolatis sessilibus subhirsutis caule erecto, pedunc. solitariis unifloris, flor. longissimis. †
- arboresc.* 9. A. fol. cordato-lanceolatis, caule erecto fruticoso.
- caudata.* 8. A. fol. cordatis acuminatis triplineruis, caule volubili. *Aristolochia scandens, florum flabellis maximis variegatis in appendicem longam tenuem desinentibus. Brown, Jam. 329.*
- odoratissima.* 10. A. fol. cordatis, caule volubili fruticoso, pedunc. solitariis, labio corollis maiore.
- anguicida.* 12. A. fol. cordatis acuminatis, caule volubili fruticoso, pedunc. solitariis, stipulis cordatis.
- maurorum.* 14. A. fol. hastatis integerrimis, caule infirmo simplici, flor. solitariis recurvatis.
- indica.* 11. A. fol. cordato-oblongis, caule volubili, peduncul. multifloris.
- haetica.* 13. A. fol. cordatis acutiusculis, caule volubili, pedunc. subternis petiolo longioribus.
- semper-virens.* 15. A. fol. cordato-oblongis undatis, caule infirmo, flor. solitariis.
- Serpentaria.* 16. A. fol. cordato-oblongis planis, caulibus infirmis flexuosis teretibus, flor. solitariis.

- Pistolo-* 17. A. fol. cordatis crenulatis subtus reticulatis petio-
chia. latis, flor. solitariis. *Bractea cordata, sessilis, par-*
ua, insidens basi pedunculi.
- rotunda.* 18. A. fol. cordatis subsessilibus obtusis, caule infirmo,
flor. solitariis.
- longa.* 19. A. fol. cordatis petiolatis integerrimis obtusiuscu-
lis, caule infirmo, flor. solitariis.
- hirsuta.* 21. A. fol. cordatis obtusiusculis hirtis, flor. solitariis
pendulis recurvatis subtruncatis.
- clematitis.* 20. A. fol. cordatis, caule erecto, flor. axillaribus
confertis.

1023. **PISTIA.** Monogyna. *Cal.* 0. *Cor.* 1-petala,
1365. lingulata, integra. *Antherae* 6. f. 8,
filamento insidentes. *Caps.* 1-locu-
laris, in fundo corollae.

Aratiotes. 1. **PISTIA:** fol. obcordatis. *Plantago aquatica.* *Rumph.*
amb. 6. t. 74.

DECANDRIA.

1024. **KLEINHOVIA.** Monogyna. *Cal.* 5-phyllus.
1365. *Petala* 5. *Nectarium* cam-
panulatum, pedunculatum,
staminiferum. *Caps.* infla-
ta, 5-cocca.

hospita. 1. **KLEINHOVIA.**

1025. **HELICTERES.** Pentagyna. *Cal.* 1-phyllus,
1366. obliquus. *Petala* 5. *Necta-*
rium foliolis 5. *Capsulae* 5,
intortae.

baruensis. 5. H. decandra, fol. cordatis serratis, fruct. contorto
apicibus rectis. *Mant.* 122.

Hora. 1. H. decandra, fol. cordatis serratis, fruct. toto con-
torto. *Jacq. amer.* 236. *Helicteres villosa, &*
fruticosa, fol. cordatis acuminatis serratis. *Brown.*
jam. 330.

- angustifolia.* 3. H. . . . fol. lanceolatis integerrimis, fructu ovato recto.
- carthaginiensis.* 2. H. polyandra, fol. cordatis ferratis, fructu oblongo recto.
- apetala.* 4. H. dodecandra apetala, fol. quinquelobis, filiquis diuaticatis.

DODECANDRIA.

1232. **CYTINVS.** Monogynia. *Cal.* 4-fidus, superus. *Cor.* 0. *Antberae* 16, sessiles. *Bacca* 8-locularis, polysperma.

Hypocistis. 1. **CYTINVS.** Asarum Hypocistis. *Sp. pl.* 633.

POLYANDRIA.

1027. **XYLOPIA.** Monogyna. *Cal.* 1-phyllus. *Petalata* 6. *Stam.* exteriora 6 crassiflora. *Drupa* sicca.

- muricata.* 1. X. pedunculis multifloris, fructibus muricatis.
- glabra.* 2. X. pedunculis subunifloris, fructibus glabris.

1026. **GREWIA.** Monogyna. *Cal.* 5-phyllus. *Petalata* 5: basi squama nectarifera. *Bacca* 4-locularis.

- occident.* 1. G. fol. subovatis, flor. solitariis.
- oriental.* 2. G. fol. sublanceolatis, flor. solitariis; *praecedenti affinis.*
- asiatica.* 3. G. fol. cordatis. *Mant.* 122. *Microcos lateriflora.* *Spec. pl.* 734.
- Microcos.* 4. G. fol. ovato-oblongis, flor. paniculatis. *Microcos paniculata.* *Sp. pl.* 733.

1238, AMBROSINIA. *Spatha* monophylla dissepimento diuisa: *Stamina* interioris, *Pistilla* exterioris lateris.

Bassii. I. AMBROSINIA. *Gen. plant.* 579.
 Arisarum potamogeiti folio. *Bocc. sic.* 50. t. 26. *Moris. hist.* 3. p. 544. *Raj. hist.* 1097. *Habitat* Panormi et in Barbaria. 4.

1028. ARVM. *Spatha* monophylla, cucullata. *Spadix* supra nudus, infere femineus, medio stamineus.

* *Acaulia*: fol. compositis.

- Dracunculus.* 1. A. fol. pedatis: foliolis lanceolatis integerrimis aequantibus spatham spadice longiorem.
Dracontium. 2. A. fol. pedatis. foliolis lanceolatis integerrimis superantibus spatham spadice breuiorem.
pentaph. triphyllum. 3. A. acaule, fol. quinatis.
 4. A. acaule, fol. ternatis, flor. dioicis.

* * *Acaulia*, fol. simplicibus.

- trilobatum.* 10. A. acaule, fol. sagittato-trilobis, flore sessili.
Colocasia. 5. A. acaule, fol. peltatis ouatis repandis: basi emarginatis.
esculentum. 6. A. acaule, fol. peltatis ouatis integerrimis: basi emarginatis.
macrorrhizon. 7. A. acaule, fol. peltatis cordatis repandis: basi bipartitis.
peregrinum. 8. A. acaule, fol. cordatis obtusis mucronatis: angulis rotundatis.
diuaticatum. 9. A. acaule, fol. cordatis-hastatis, diuaticatis. *Spatha reuoluta. Spadix subulatus.*
sagittifolium. 11. A. acaule, fol. sagittatis triangulis: angulis diuaticatis acutis.
maculatum. 12. A. acaule, fol. hastatis integerrimis, spadice clauato.
virginic. 13. A. acaule, fol. hastato-cordatis acutis: angulis obtusis.

- prohoscideum.* 14. H. acaule. fol. hastatis, spatha declinata filiformi-subulata.
- Arifarum.* 16. A. acaule, fol. cordatis oblongis, spathae apertura ovata. Arifarum serpentinum. *Barr. ic. t. 573.*
Spatha superne integra, subinflexa; inferne integra, nec convoluta.
- ouatum.* 17. A. acaule, fol. ovato-oblongis, spatha scabra.
- tenuifol.* 15. A. acaule, fol. lanceolatis, spadice fetaceo declinato.

* * * *Caulescentia.*

- arborefc.* 18. A. caulescens rectum, fol. sagittatis.
- seguinum.* 19. A. caulescens suberectum, fol. lanceolato-ouatis.
Mill. ic. t. 295.
- hederaecum.* 20. A. caulescens radicans, fol. cordatis oblongis acuminatis, petiolis teretibus.
- lingulatum.* 21. A. caulescens repens, fol. cordato-lanceolatis: petiolis marginato-membranaceis.
- auritum.* 22. A. caulescens radicans, fol. ternatis: lateralibus vnilobatis.

1029. DRACONTIVM. *Spatha* cymbiformis.
1372. *Spadix* tectus. *Cal.* o.
Petala 5. *Baccae* polyspermae.

- polyphyl- lum.* 1. D. scapo breuissimo, petiolo radicato lacero, foliolis tripartitis: laciniis pinnatifidis:
- spinosum- foetidum.* 2. D. fol. sagittatis, pedunculis petiolisque aculeatis.
- camtsch.* 3. D. fol. subrotundis.
- pertusum.* 4. D. fol. lanceolatis.
5. D. fol. pertusis, caule scandente. *Mill. ic. 197. t. 296.*

1030. CALLA. *Spatha* plana. *Spadix* tectus flo-
1374. sculis. *Cal.* o. *Petala* o. *Baccae* polyspermae.

- aethiopica.* 1. C. fol. sagittato-cordatis, spatha cucullata, spadice superne masculino. *Lederm. microsc. 37. t. 18, 19.*

palustris. 2. *C.* fol. cordatis, spatha plana, spadice vndique hermaphrodito.

1031. POTHOS. *Spatha.* *Spadix* simplex, tectus.
 1373. *Cal.* 0. *Petala* 4. *Stam.* 4. *Baccae* dispermae.

scandens. 1. *P.* petiolis latitudine foliorum, caule radicante.

acaulis. 7. *P.* fol. lanceolatis integerrimis eneruiis. *Sp. plant.*
 1675.

lanceolata. 1. *P.* fol. lanceolatis integerrimis trineruiis, scapo apice triquetro.

crenata. 2. *P.* fol. lanceolatis crenatis.

cordata. 3. *P.* fol. cordatis.

pinnata. 4. *P.* fol. pinnatifidis.

palmata. 5. *P.* fol. palmatis.

1032. ZOSTERA. *Spadix* linearis, altero latere fructifero. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Stam.* alterna. *Sem.* solitaria, alterna.

1374.

marina. 1. *Z.* pericarpis sessilibus.

oceanica. 2. *Z.* pericarpis pedicellatis oliuiformibus. *Mant.* 123.

CLASSIS XXI.

MONOECIA.

MONANDRIA.

1203. CHARA. ♂ Cal. nullus. Cor. nulla.
♀ Cal. 4-phyllus. Cor. o. Stigma 5-fidum. Sem. 1.
1034. ZANNICHELLIA. ♂ Cal. nullus. Cor. nulla.
♀ Cal. 1-phyllus. Cor. o. Pist. 4
Sem. 4.
1035. CERATOCARPUS. ♂ Cal. 2-partitus. Cor. nulla.
♀ Cal. 2-phyllus. Cor. o. Styl. 2.
Sem. 1, inferum.
1036. ELATERIVM. ♂ Cal. o. Cor. hypocrateriform.
♀ Cal. o. Cor. hypocrateriform.
Caps. infera, pulposa, 1-locularis, polysperma.
1033. CYNOMORIVM. ♂ Cal. amenti. Cor. nulla.
♀ Cal. amenti. Cor. o. Styl. 1.
Sem. 1, subrotundum.
* *Callitriche verna.*

DIANDRIA.

1037. ANGVRIA. ♂ Cal. 5-fidus. Cor. 5-petala.
♀ Cal. 5-fidus. Cor. 5-petala.
Pomum biloculare polyspermum.
1038. LEMNA. ♂ Cal. 1-phyllus. Cor. nulla.
♀ Cal. 1-phyllus. Cor. o. Styl. 1.
Caps. 1-locularis.
* *Gunnera.*

TRIANDRIA.

1042. ZEA. ♂ Glum. 2-flora. Glum. 2-valuis.
♀ Glum. 1-flora. Gl. 2-valuis. Styl. 1.
Sem. 1, nudum, subrotundum.
1044. TRIPSACVM. ♂ Glum. 4-flora. Glum. 2-valuis.
♀ Glum. 2-f. 4-part. Gl. 2-valuis. Styl. 2.
Sem. 1, gluma sinu perforata.

1043. COIX. ♂ *Glum.* 2-flora. *Glum.* 2-valuis.
♀ *Glum.* 2-flora. *Gl.* 2-valuis. *Styl.* 2-fid.
Sem. 1, tectum nuce.
1045. OLYRA. ♂ *Glum.* 1-flora. *Glum.* 2-valuis.
♀ *Glum.* 1-flora. *Gl.* 2-valuis. *Styl.* 2-fid.
Sem. 1, nudum.
1046. CAREX. ♂ *Ament.* 1-florum. *Cor.* nulla.
♀ *Ament.* 1-florum. *Cor.* 1. *Styl.* 1.
Sem. 1, tunicatum.
1041. SPARGANIVM. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* nulla.
Sem. 1-sperma.
1040. TYPHA. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* capillaris. *Cor.* 0. *Styl.* 1.
Sem. 1, pappigerum.
1074. AXYRIS. ♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 0. *Styl.* 2.
Sem. 1, subrotundum.
1050. PHYLLANTHVS. ♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 0. *Styl.* 3.
Caps. 3-cocca.
1048. TRAGIA. ♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Styl.* 3-fid.
Caps. 3-cocca.
1049. HERNANDIA. ♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala.
♀ *Cal.* truncatus. *Cor.* 6-petala.
Drupa excauata.
1039. OMPHALEA. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla.
Anth. immersae receptaculo.
♀ *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 0. *Stig.* 3-fid.
Caps. 3-locul. 1-sperma.
Amaranti varii.

TETRANDRIA.

1054. VRTICA. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla.
Nect. cyatiforme.
♀ *Cal.* 2-valuis. *Cor.* 0. *Stig.* villos.
Sem. 1, ovatum.
1055. MORVS. ♂ *Cal.* 4-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Styl.* 2.
Sem. 1, baccatum.
1053. BVXVS. ♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 2-petala.
♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 3-pet. *Stigm.* 3.
Caps. 3-ocularis.

1052. BETULA. ♂ *Ament.* 2-floruni. *Cor.* 4-partita.
 ♀ *Ament.* 2-florum. *Cor.* 0. *Styl.* 2.
Sem. 1. ovatum.
1051. CENTELLA. ♂ *Involucr.* 4-phyllum, multiflorum.
Petal. 4.
 ♀ *Involucr.* 2-phyllum. *Styli* 2.
Pericarp. inferum, 2-loculare.
1274. SERPICVLA. ♂ *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-petala.
 ♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.*
Nux torulosa.
1275. CICCIA. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0.
 ♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Styl.* 4-fid.
Caps. 4-cocca.
- * *Plantago* vniflora.

PENTANDRIA.

1277. NEPHELIUM. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 0.
Anth. bifidae.
 ♀ *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 0.
Styli 2, inter germina.
1056. XANTHIUM. ♂ *Cal.* comm. polyph. *Cor.* 5-fida.
Filam. connexa.
 ♀ *Cal.* nullus. *Cor.* 0. *Styl.* 2.
Drupa 2-ocularis.
1057. AMBROSIA. ♂ *Cal.* comm. 1-phyll. *Cor.* 5-fida.
 ♀ *Cal.* 1-flor. 2-phyll. *Cor.* 0. *Styl.* 1.
Nux 5-dentata.
1058. PARTHENIUM. ♂ *Cal.* comm. 5-phyll. *Cor.* disci super.
 ♀ *Cal.* idem mari. *Cor.* radii ligulat.
Styl. 1. *Sem.* 1.
1059. IVA. ♂ *Cal.* comm. 5-phyll. *Cor.* disci super.
 ♀ *Cal.* idem mari. *Cor.* radii 0.
Styl. 2. *Sem.* 1.
1060. AMARANTUS. ♂ *Cal.* propr. 5-phyll. *Cor.* nulla.
Stam. 3. f. 5.
 ♀ *Cal.* propr. 5-phyll. *Cor.* 0. *Styl.* 3.
Caps. circumscissa
1061. SOLANDRA. ♂ *Involucro* communi. *Petala* 5.
 ♀ *Involucro* eodem. *Petala* 6. *Styl.* 2.
Caps. infera, dicocca.
1276. LEEA. ♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida.
 ♀ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida. *Styl.* 1.
Peric. 6-loculare. *Sem.* solitaria.

173. HARTOGIA.

♂ Cal. 5-phyllus. Cor. 5-petala.
 ♀ Cal. 5-phyllus. Cor. 5-petala.
 Stam. 10 : 5 castratis. Caps. 3.
 Sem. solitaria.

HEXANDRIA.

1062. ZIZANIA.

♂ Cal. Glum. nulla. Cor. Glum. 2-valuis.
 ♀ Cal. Glum. nulla. Cor. Glum. 2-valuis.
 Styl. 2. Sem. 1. corolla circumscissa.

1063. PHARVS.

♂ Cal. Glum. 1-flora. Cor. Gl. 2-valuis.
 ♀ Cal. Glum. 1-flora. Cor. Gl. 2-valuis.
 Styl. 1. Sem. 2.
 * *Rumex spinosus.*

HEPTANDRIA.

1064. GVETARDA.

♂ Cal. cylindric. Cor. 7-fida.
 ♀ Cal. cylindric. Cor. 7-fida. Styl. 1.
 Drupa sicca.

POLYANDRIA. (plura quam 7)

1067. SAGITTARIA.

♂ Cal. 3-phyllus. Cor. 3-petala.
 Stam. 24. circiter.
 ♀ Cal. 3-phyllus. Cor. 3-pet. Pist. 100.
 Sem. numerosa.

1066. MYRIOPHYLLVM.

♂ Cal. 4-phyllus. Cor. nulla. Stam. 8.
 ♀ Cal. 4-phyllus. Cor. 0. Pist. 4.
 Sem. 4

1065. CERATOPHYLLVM.

♂ Cal. sub 7-partitus. Cor. nulla.
 Stam. 18. circiter.
 ♀ Cal. sub 7-partitus. Cor. 0. Pist. 1.
 Sem. 1.

1068. THELIGONVM.

♂ Cal. 2-fidus. Cor. nulla.
 Stam. 12. circiter.
 ♀ Cal. 2-fidus. Cor. 0. Pist. 1.
 Sem. 1, corticatum.

1069. POTERIVM.

♂ Cal. 4-phyllus. Cor. 4-partita.
 Stam. 32 circiter.
 ♀ Cal. 4-phyllus. Cor. 4-pet. Pist. 2.
 Sem. 2, obducta.

1072. FACVS.

♂ Cal. 5-fidus. Cor. nulla.
 Stam. 12 circiter.
 ♀ Cal. 4-fidus. Cor. 0. Styl. 3.
 Caps. 2-sperma.

1070. QUERCUS.

♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* nulla.
Stam. 10. circiter.♀ *Cal.* integer. *Cor.* 0. *Styl.* 5.
Nux coriacea.

1071. IVGLANS.

♂ *Ament.* imbricat. *Cor.* 6-partita.
Stam. 18. circiter.♀ *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-pet. *Styl.* 2.
Drupa coriacea.

1074. CORYLUS.

♂ *Ament.* imbricat. *Cor.* nulla.
Stam. 8.♀ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 0. *Styl.* 2.
Nux nuda.

1073. CARPINUS.

♂ *Ament.* imbricat. *Cor.* nulla.
Stam. 10.♀ *Cal.* 6-fidus. *Cor.* 0. *Pist.* 2.
Nux nuda.

1075. PLATANUS.

♂ *Ament.* globos. *Cor.* obsoleta.
Anther. circumnata.♀ *Ament.* globos. *Cor.* 5-pet. *Styl.* 1.
Sem. 1, papposum.

1076. LIQUIDAMBAR.

♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla.
Stam. plurima.♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Styl.* 2.
Caps. polysperma.

MONADELPHIA.

1087. HVRA.

♂ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* nulla.
Anther. 20, sessiles.♀ *Cal.* cylindricus. *Cor.* 0. *Pist.* 1.
Caps. 10-cocca.

1077. PINUS.

♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla.
Stam. plurima.♀ *Ament.* strobilac. *Cor.* 0. *Pist.* 2.
Nuces 2, alatae.

1079. CYPRESSUS.

♂ *Amentum.* *Cor.* nulla.
Anther. 4, sessiles.♀ *Ament.* strobilac. *Cor.* 0. *Stig.* 2.
Nux angulata.

1078. THUJA.

♂ *Amentum.* *Cor.* nulla.
Anther. 4.♀ *Ament.* strobilac. *Cor.* 0. *Pist.* 2.
Nux cincta ala.

1082. ACALYPHA. ♂ Cal. 4-phyllus. Cor. nulla.
Stam. 12 circiter.
- ♀ Cal. 3-phyllus. Cor. 0. Styl. 3.
Caps. 3-cocca.
1081. DALECHAMPIA. ♂ Cal. 6-phyllus. Cor. nulla.
Nectar. lamellatum. Stam. multa.
- ♀ Cal. 10-phyllus. Cor. nulla.
Stylus 1. Caps. 3-cocca.
1080. PLUKENETIA. ♂ Cal. nullus. Cor. 4-petala.
Stam. 8.
- ♀ Cal. nullus. Cor. 4-pet. Styl. 1.
Caps. 4-cocca.
979. CYPANIA. ♀ Cal. 3-phyllus. Cor. 5-petala.
Stam. 5.
- ♀ Cal. 3-phyllus. Cor. 3-petala.
Styl. 3-fidus. Caps. Seminibus 6,
arillatis.
1083. CROTON. ♂ Cal. 5-phyllus. Cor. 5-petala.
Stam. 15.
- ♀ Cal. 5-phyllus. Cor. 0. Styl. 3.
Caps. 3-cocca.
1085. RICINUS. ♂ Cal. 5-partitus. Cor. nulla.
Stam. multa.
- ♀ Cal. 3-partitus. Cor. 0. Styl. 3.
Caps. 3-cocca.
1084. JATROPHA. ♂ Cal. nullus. Cor. 5-fida.
Stam. 10.
- ♀ Cal. nullus. Cor. 5-pet. Styl. 3.
Caps. 3-cocca.
1086. STERCULIA. ♂ Cal. 5-partitus. Cor. nulla.
Stam. 15. circiter.
- ♀ Cal. 5-partitus. Cor. 0. Pist. 1.
Caps. 5.
1088. HIPPOMANE. ♂ Cal. 2-fidus. Cor. 0.
Antherae 2, bifidae.
- ♀ Cal. 2-fidus. Cor. 0.
Stig. 2-plex. Drupa 1-sperma aut
Caps. 2-cocca.
1279. STILLINGIA. ♂ Cal. multiflorus. Cor. 1-petala.
Stam. 2.
- ♀ Cal. vniflorus. Cor.
Stylus 3-fidus. Germen tricoccum
inter calycem et corollam.

1278. GNETUM.

♂. *Amentum* ex calyculis peltatis.*Cor.* 0. *Anther.* 2.♀ *Ament.* eiusdem. *Stylus* 3-fidus.*Drupa* 1-sperma.

SYNGENESIA.

1089. TRICHOSANTHUS. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida, ciliata!
Filam. 3.♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fid. *Styl.* 3-f.
Pom. oblongum.1090. MOMORDICA. ♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida.
Filam. 3.♀ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fid. *Styl.* 3-f.
Pom. elasticum.1092. CUCUMIS. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida.
Filam. 3.♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fid. *Styl.* 3-f.
Pomum. *Sem.* argutis.1091. CUCURBITA. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida.
Filam. 3.♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fid. *Styl.* 3-f.
Pomum. *Sem.* marginatis.1094. SICYOS. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-da.
Filam. 3.♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fid. *Styl.* 3-f.
Drupa monosperma.1093. BRYONIA. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita.
Filam. 3.♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-p. *Styl.* 3-f.
Bacca.

GYNANDRIA.

1095. ANDRACHNE. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
Stam. 5.♀ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Styl.* 3.
Caps. 3-locul. 2-sperma.

MONANDRIA.

1034. ZANNICHELLIA. MASCULI. Cal. o. Cor. o.
 1375. FEMINEI. Cal. 1-phyllus
 Cor. o. Germina circi-
 ter 4. Sem. totidem.

palustris. I. ZANNICHELLIA.

1035. CERATOCARPUS. MASC. Cal. 2-partitus.
 1375. Cor. o. Filamentum lon-
 gum.

FEM. Cal. 2-phyllus, ger-
 mini adnatus. Cor. o.
tella orbiculata , nigra , concaua , margine obtuso
crenulato.
crispus. L. imbricatus, foliis lobatis truncatis crenatis atro-
 uiridibus, scutellis concoloribus. *Huds. angl.* 447.
n. 26. Lichenoides gelatinosum atrouirens cri-
 spum & rugosum. *Dill. musc.* 139. t. 19. f. 23.
crislatus. 24. L. imbricatus dentato-ciliatus, scutellis folio maio-
 ribus.
parietinus. 25. L. imbricatus, foliolis crispis fuluis, peltis conco-
 loribus fuluis.
physodes. 26. L. imbricatus: laciniis obtusis subinflatis.
stellaris. 27. L. imbricatus: foliolis oblongis laciniatis angustis ci-
 nereis; scutellis pullis.

D. * *Foliacei*.

- ciliaris*. 28. L. foliaceus erectiusculus: laciniis linearibus cilia-
 tis, scutellis pedunculatis crenatis.
Islandicus. 29. L. foliaceus adscendens laciniatus: marginibus ele-
 uatis ciliatis.
niualis. 30. L. foliaceus adscendens laciniatus crispus glaber la-
 cunofus albus margine eleuato.

- pulmonarius.* 31. L. foliaceus laciniatus obtusus glaber : supra lacunofus; subtus tomentosus.
- furfuraceus* 32. L. foliaceus decumbens furfuraceus : laciniis acutis; subtus lacunofis atris.
- ambullaceus.* 33. L. foliaceus planiusculus lobatus crenatus, peltis globosis inflatis.
- leucomelos.* 34. L. foliaceus linearis ramosus nigro subciliatus, peltis subpedunculatis radiatis.
- farinaceus.* 35. L. foliaceus erectus compressus ramosus: verrucis marginalibus farinosis,
- calicaris.* 36. L. foliaceus erectus linearis ramosus lacunofus concavus mucronatus.
- fraxineus.* 37. L. foliaceus rectus oblongus lanceolatus sublacinia- tus lacunofus glaber, scutellis subpedunculatis.
- fuciformis.* 38. L. foliaceus rectiusculus laevis subtomentosus ramosus: laciniis lanceolatis.
- prunastri.* 39. L. foliaceus erectiusculus lacunofus: subtus tomentosus albus. *Varietas Dill. musc. 159. t. 21. f. 54. Vaill. paris. t. 20. f. 7.*
- Juniper.* 40. L. foliaceus laciniatus crispus fuvius, peltis lividis.
- caperatus.* 41. L. pallide viridis rugosus margine undulatus. *Glaucescente-luteus parum foliaceus, raro scutella proferens.*
- glaucus.* 42. L. foliaceus depressus lobatus glaber: margine crispo farinaceo. *Folia papyrotenuiora, albo-cinerascente glauca.*
- fascicularis.* 93. L. foliaceus gelatinofus tuberculis turbinatis fasciculatis fronde maioribus. *Mant. 133.*

E. * *Coriacei.*

- aquaticus.* 43. L. coriaceus repens lobatus obtusus, peltis hemisphaericis maximis.
- resupinatus.* 44. L. coriaceus repens lobatus, peltis marginalibus posticis.
- venosus.* 45. L. coriaceus repens ovatus planus: subtus venosus villosus, peltis marginalibus horizontalibus.
- aphtofus.* 46. L. coriaceus repens lobatus obtusus planus, verrucis sparsis, pelta marginali ascendente. *Folia siccata sunt glauca, virentia vero saturate viridia.*

- arcticus.* 47. L. coriaceus repens lobatus obtusus planus laevis: subtus auenius villosus.
- caninus.* 48. L. coriaceus repens lobatus obtusus planus: subtus venosus villosus, pelta marginali adscendente. *Folia quasi farina cinerea sunt teeta.*
- sylvaticus.* L. coriaceus repens laciniatus lacunosus, peltis marginalibus adscendentibus. *Huds. angl. 453. n. 47. Lichen polyschides villosam & scabrum, peltis paruis. Dill. musc. 199. t. 27. f. 101J*
- horizontalis.* 88. L. coriaceus repens planus subtus auenius, peltis marginalibus horizontalibus. *Huds. angl. 453. n. 48. Mant. 132.*
- perlatus.* L. coriaceus repens lobatus glaber subtus ater, scutellis pedunculatis integris. *Huds. angl. 448. n. 31. Lichenoides glaucum perlatum subtus nigrum & cirrosum. Dill. musc. 147. t. 20. f. 39.*
- saccatus.* 49. L. foliaceus repens subrotundus: peltis depressis subtus saccatis: Lichen *immersus* foliaceus repens subrotundus planus, peltis immerfis. *Huds. angl. 453. n. 49.*
- croceus.* 50. L. coriaceus repens subrotundus planus: subtus venosus villosus croceus, peltis sparsis adnatis.

F. * *Vmbilicati, squalentes quasi fuligine.*

- miniatus.* 51. L. umbilicatus gibbus punctatus subtus fulvus.
- velleus.* 52. L. umbilicatus subtus hirsutissimus.
- pustulatus.* 53. L. umbilicatus subtus lacunosus, fursure nigro adspersus.
- proboscideus.* 54. L. umbilicatus, peltis turbulatis truncatis perforatis.
- deustus.* 55. L. umbilicatus vndique laevis. *Dill. musc. 219. t. 30. f. 217.*
- polyphyllus.* 56. L. umbilicatus polyphyllus vndique laevis atrovirens crenatus.
- polyrrhizus.* 57. L. umbilicatus polyphyllus vtrinque laevis polyrrhizos. *Folia cinereo-glaucis laevis, subtus hirta.*

G. * *Scyphiferi.*

- cocciferus.* 58. L. scyphifer simplex integerrimus, stipite cylindrico, tuberculis coccineis.
- cornucopioides.* 59. L. scyphifer simplex folio brevior, tuberculis coccineis.

- pyxidat.* 60. L. scyphifer simplex crenulatus, tuberculis fuscis.
fimbriat. 61. L. scyphifer simplex denticulatus, stipite cylindrico.
gracilis. 62. L. scyphifer ramosus denticulatus filiformis.
digitatus. 63. L. scyphifer ramosissimus: ramis cylindricis, calycibus integris nodosis.
cornutus. 64. L. scyphiter simpliciusculus subventricosus, calycibus integris.
deformis. 65. L. scyphiter simpliciusculus subventricosus, calycibus dentatis.

H. * *Fruticulosi.*

- ramiferi.* 66. L. fruticulosus perforatus ramosissimus, ramulis nutantibus.
uncialis. 67. L. fruticulosus perforatus, ramulis brevissimis acutis.
subulatus. 68. L. fruticulosus subdichotomus, ramis simplicibus subulatis.
globiferus. 92. L. fruticulosus solidus laevis, tuberculis globosis cauis terminalibus. *Mant.* 133. Lichen *globosus* fruticulosus solidus ramosissimus, ramulis teretibus acutis furcatis, tuberculis terminalibus globosis. *Huds. angl.* 460. n. 75.
paschalis. 69. L. fruticulosus solidus tectus, foliolis crustaceis.
fragilis. 70. L. fruticulosus solidus, ramulis teretibus obtusis.
Roccella. 71. L. fruticulosus solidus aphyllus subramosus, tuberculis alternis.

J. * *Filamentosi.*

- plicatus.* 72. L. filamentosus pendulus, ramis implexis, scutellis radiatis.
barbatus. 73. L. filamentosus pendulus subarticulatus, ramis patentibus.
diuvaricatus. L. filamentosus pendulus angulatus articulatus intus tomentosus, ramis diuvaricatis, peltis orbiculatis sessilibus. Lichen filamentosus pendulus, loris lacunosis glabris. *Scop. carn.* 75. *Usnea mollis*, ramis longis compressis. *Dill. musc.* 62. t. 12. f. 5. *Habitat* in Heluetiae, Misniae *cacuminibus Arborum acifoliarum.* D. Schreber.
Usnea. L. filamentosus pendulus compressus ramosus laevis. *Mant.* 131.
inulatus. 74. L. filamentosus pendulus: axillis compressis.

- lanatus.* 75. L. filamentosus ramosissimus decumbens implicatus opacus.
- pubescens.* 79. L. filamentosus ramosissimus decumbens implexus nitidus. *Habitat in rupibus nostris planiusculis, quas imbres diluunt.*
- chalybei-formis.* 77. L. filamentosus ramosissimus diuaticatus decumbens implicato-flexuosus.
- hirtus.* 78. L. filamentosus ramosissimus erectus, tuberculis farinaceis sparsis.
- vulpinus.* 79. L. filamentosus ramosissimus erectus fastigiatus inaequali-angulosus.
- articulatus.* 80. L. filamentosus articulatus, ramulis tenuissimis punctatis.
- floridus.* 86. L. filamentosus ramosus erectus, scutellis radiatis.

1204. TREMELLA. *Fructificationes vix manifestae, in corpore gelatinoso.*
1625.

- juniperin.* 1. T. sessilis membranacea auriformis fulva.
- Nostoc.* 2. T. plicata undulata.
- lichenoides.* 4. T. erecta plana: margine crispo lacinulato. *Dill. musc. t. 19. f. 32. 34. 35.*
- verrucosa.* 5. T. tuberculosa solida rugosa. *Dill. musc. t. 10. f. 16.*
- difformis.* 8. T. subrotunda sinuata difformis gelatinosa.
- hemisph.* 6. T. hemisphaerica sparsa.
- purpurea.* 7. T. subglobosa sessilis solitaria glabra.
- adnata.* 9. T. rotunda imbricata liuida.

1205. FUCUS. MASC. *Vesiculae villis intertextae.*
1626. **FEM.** *Vesiculae adipersae granis immerfis apice prominulis. Sem. folitaria.*

- ouarius.* 36. F. caule filiformi ramoso, fol. confertis ouatis fornicatis. *Habitat in O. Asiatico Folia conferta in racemum, retrorsum fornicata, membranacea, purpurascens, parua. Fructificationes non vidi.*

- natans.* 13. F. caule filiformi ramoso, fol. lanceolatis ferratis, fructificationibus globosis pedunculatis. *Fructificationes in aliis muticae, in aliis filo breui aristatae; in quibusdam indiuiduis ex alis foliorum racemi brevissimi filiculis minutis verrucosis.*
- acinarius.* 14. F. caule filiformi ramoso, fol. linearibus integerrimis, fructificationibus globosis pedunculatis. *Praecedenti affinis.*
- lendigerus.* 15. F. caule filiformi ramoso, fol. lanceolatis ferratis, fructific. racemosis, filiculosis tuberculosis. *Racemi aphylli praeter unum alterumve foliolum erectum.*
- turbinatus.* 16. F. caule filiformi subramoso, fructific. racemosis; vna vesiculari turbinata folio cordato crenato peltata. *Racemi praecedentis simillimi e filiculis verrucosis, sed obtusioribus; in quouis Racemo s. corymbo Vesica magna, pedunculata, turbinata, terminata folio adnato, horizontali, cordato, obtusissimo; Folia, praeter vesicularia dicta, in meis exemplaribus nulla visa sunt. Crescit etiam in O. Sumatram alluente.*
- ferratus.* 1. F. fronde plana dichotoma ferrato-dentata, fructific. terminalibus tuberculosis.
- volubilis.* 6. F. fronde plana spirali perfoliata repando-dentata.
- vesiculosus.* 2. F. fronde plana dichotoma integerrima: vesiculis axillaribus geminis; terminalibus tuberculatis.
- diuaticatus.* 8. F. fronde plana dichotoma integerrima, axillis diuaticatis: vesiculis axillaribus geminis. *Praecedente tenuior. Vesiculae axillares geminae, passimque solitariae.*
- excisus.* 10. F. fronde lineari dichotoma hinc canaliculata, axillis diuaticatis punctata.
- inflatus.* 7. F. fronde plana dichotoma integerrima punctata ovato-lanceolata inflata: apice diuiso. *Semel aut histantum bifidus est.*
- ceranoides.* 3. F. fronde plana dichotoma integerrima punctata lanceolata, fructific. tuberculatis bifidis terminalibus. *Praecedenti affinis, sed angustior magisque ramosus, utrinque punctis impressis adpersus.*
- spiralis.* 6. F. fronde plana dichotoma integerrima punctata: inferne lineari canaliculata, fructif. tuberculatis geminis. *Frons membranacea, plana, sed inferne*

angustior, hinc canaliculata. Fructific. terminales, geminae, pedunculatae, oblongae, crassiusculae. Dum crescit in mari contortus est in spiram.

- canaliculatus.* 45. F. fronde plana dichotoma integerrima canaliculata lineari: fructific. tuberculatis bipartitis obtusis. *Dichotomus maloties, laevis, angustus & linearis, latere altero conuexo; altero canaliculato. Vesiculae terminales bipartitae s. geminae, sessiles, tuberculis adspersae perforatis.*
- distichus.* 46. F. fronde plana dichotoma integerrima lineari: fructif. tuberculatis mucronatis. *Differt a praecedente, quod frons minime altero latere canaliculata, quodque Vesiculae, siliquae instar, longae & acuminatae. Koenig.*
- nodosus.* 11. F. fronde compressa dichotoma, fol. distichis integerrimis vesiculis innatis solitariis dilatatis. *Folia lanceolata, obtusa, angulis frondis distiche insidentia. Vesiculae ovatae, medio ramorum innatae, ramis latiores.*
- siliquosus.* 17. F. fronde compressa ramosa, fol. distichis alternis integerrimis, fructif. pedunculatis oblongis mucronatis. *Frons filiformis, compressa, flexuosa, utrinque angulis dentata rudimentis petiolorum aut fructificationum. Fructificationes fusiformes, alternae, rostratae, pedunculatae. Folia lanceolata, fructificationibus minora.*
- siliculosus.* F. fronde filiformi-compressa, fol. alternis subserratis, fructif. subglobosis pedunculatis mucronatis. *Frons filiformis, parum compressa, vix ramosa. Folia lineari-lanceolata, subserrata aut dentata. Pedunculi ex alis foliorum filiformes, foliis fere longiore.*
- elongatus.* 9. F. fronde filiformi compressa dichotoma articulata geniculis tumidiusculis. *Frons ad dichotomias tumidiuscula & articulata, ubi per exsiccationem discedit, ut articuli saepe solvantur.*
- loreus.* 47. F. fronde filiformi compressa dichotoma undique utrinque tuberculata. *Frons dichotoma, elongata, linearis, compressa, adspersa undique tuberculis elevatis obsolete.*
- abrotanifolius.* 21. F. fronde filiformi compressa bipinnata: apicibus vesiculosis dilatatis terminatis fructificationibus hinc tuberculatis. *Fucus pinnatus, ramis dichotomis: extremitatibus dilatato-vesiculosis. Loeft. ii. 174.*

- foenicula*-20. F. fronde filiformi ramosissima, vesiculis ovatis terminatis foliolis multipartitis obtusis apice fructificantibus. β . Fucus barbatus. *Sp. pl.* 19. *Statura Lichenis usneae; ramulis copiosissimis, capillaribus, terminatis vesicula, saepius prolifera, vltima terminata aliquot foliolis apice tuberculatis.*
- granulatus*-18. F. fronde filiformi ramosissima, ramulis acuminatis, vesiculis subrotundis cumulatis ramis, foliisque acutis omnibus innatis. *Vesiculae absque ordine confertae, contiguae, cumulatae, tam ramis, quam vltimis apicibus s. foliis innatae.*
- Selaginoi-*36. F. fronde filiformi ramosissima: ramis dichotomis, fol. subulatis alternis basi vesiculosis. *Mant.* 134.
- concatenatus*-12. F. fronde filiformi ramosissima: ramulis dichotomis, vesiculis moniliformibus distantibus innatis fol. subulatis. *F. filiformis, opposite vel alternatim ramosissimus, vltimis ramulis saepe dichotomis. Vesiculae ovatae, caule ramulisque innatae, remotae cum folio subulato ad latus cuiusvis vesiculae.*
- aculeatus*-34. F. fronde filiformi compressa ramosissima: dentibus marginalibus subulatis alternis erectis. *Refert eandem equinam: e Noruegia D. Gumerus.*
- lycopodioi-*35. F. fronde filiformi tereti subramosa, obtecta vndique setis. *Frons erecta, parum ramosa, vix pedalis, vndique more Lycopodii teeta foliolis setaceis, semipollicaribus.*
- muscoides*-23. F. fronde tereti ramosissima: ramis sparsis spinis mollibus alternis.
- hirsutus*-33. F. fronde filiformi tereti dichotoma obtecta vndique hirsutie. *Mant.* 134. *Facies fere Spongiae. Hirsuties vestiens tam parva, vt oculis non distinguitur.*
- discors*-48. F. fronde tereti inermi aculeatissima, foliis distichis subpinnatis lineari-lanceolatis serratis. *Caulis palmaris, teres, vndique vestitus ramentis s. aculeis inermibus, confertissimis: Folia distiche posita, plana, laevia, lineari-lanceolata, serrata & haec saepe parum pinnata.*
- Tendo*-22. F. fronde filiformi simplici tenacissima subdiaphana.
- Filum*-31. F. fronde filiformi subfragili opaca.

- lanosus.* 49. F. frond. capillaceis dichotomis ramosissimis scabris. *Habitat in O. Islandico. Koenig. Refert Lanam atram, palmaris, oculo armato scaber punctis subuerticillatis.*
- fastigiatus.* 29. F. fronde filiformi dichotoma ramosissima fastigiata obtusa.
- furcellat.* 30. F. fronde filiformi dichotoma ramosissima acuminata.
- palmatus.* 26. F. fronde palmata plana.
- digitatus.* 39. F. fronde palmata, foliolis ensiformibus, stirpe tereti. *Mant. 134.*
- esculentus.* 40. F. fronde simplici indivisa ensiformi, stirpe pinnata folium percurrente. *Mant. 135.*
- saccharinus.* 25. F. fronde subsimplici ensiformi, stirpe tereti brevissima.
- sanguineus.* 44. F. frond. membranaceis ovato-oblongis integerrimis petiolatis, caule tereti ramoso. *Mant. 136.*
- ciliatus.* 43. F. frond. membranaceis lanceolatis proliferis ciliatis. *Mant. 136.*
- crispus.* 38. F. frond. submembranaceis dichotomis: laciniis dilatatis. *Mant. 134. Lacinae superne latiores, apice obtuse dentatae.*
- crispatus.* 50. F. frond. membranaceis sublinearibus ramosissimis crispis coloratis. *Tenerrimus, sanguineus.*
- alatus.* 42. F. frond. membranaceis subdichotomis nervosis: laciniis alternis decurrentibus bifidis. *Mant. 135.*
- dentatus.* 41. F. frond. membranaceis eneruiis alternatim pinnatifidis: sinibus obtusis, laciniis apice erosis. *Mant. 135.*
- rubens.* 27. F. frond. membranaceis oblongis undulatis sinuatis, stirpe tereti ramosa.
- vittatus.* 51. F. frond. membranaceis diuisis ensiformibus dentato-crispatis.
- ramentaceus.* 54. F. frond. filiformibus simplicibus, hinc ramentis foliaceis confertis. *Stipites palmares, simplices, ab altero tantum latere ramentis foliaceis, confertis, linearibus, coloratis.*
- plumosus.* 37. F. frond. cartilagineis lanceolatis bipinnatis plumosis, caule filiformi compresso ramoso. *Mant. 134. Similis sequenti, sed Hypni instar pinnatus; parvus.*

- cartilagi-* 24. F. frond. cartilaginea compressa supradecomposito-
neus. pinnata : laciniis linearibus. Frutices marini. *Seb-
mus.* 3. t. 102. f. 1. 2. *Habitat ad C. B. S. copiosis-
sima, incrustata.*
- gigartinus.* 52. F. fronde cartilaginea filiformi-compressa dichotoma,
fructif. globosis pedunculatis terminalibus sub-
iacente arista. *Erectus, rigidus, palmaris, diapha-
nus, filiformis, compressus, coloratus, parce late-
ribus ramulosus pro fructificationibus. Fructif. globo-
sae, parvae instar seminis Brassicae minoris, breui
pedicello s. ramulo insidentes, sub semine exserto in
mucronem semine longiorem.*
- spermo-* 53. F. fronde membranacea dichotoma compressa capil-
phorus. lacea, fructif. pedunculatis lateralibus, fol. linea-
ribus multifidis. *Stipes palmaris, laxis, filiformis.
compresso-membranaceus, dichotomus in ramos
capillares copiosissimos. Pedunculi laterales, soli-
tarii, fructificatione globosa, magnitudine seminis
Thymi. Ad basin stipitis folia linearia, mem-
branacea, caule latiora, varie multifida, obtusa.
Koenig.*
- conferuoi-* 22. F. frond. membranaceis linearibus compressis ramo-
des. si, fructif. sparsis sessilibus subrotundis. *Koenig.*

1206. VLVA. *Fructificationes in membrana dia-*
1632. *phana.*

- pauonia.* V. plana reniformis sessilis decussatim striata. *Fucus
pauonius. Sp. pl. 2. p. 1630.*
- umbilicalis.* 7. V. plana orbicularis sessilis peltata coriacea.
- intestinal.* 1. V. tubulosa simplex.
- compressa.* 2. V. tubulosa ramosa compressa.
- conferu.* 3. V. filiformis articulata : articulis alternatim com-
pressis.
- latissima.* 4. V. oblonga plana undulata membranacea viridis.
Frons magnitudine folii Musae.
- Lactuca.* 5. V. palmata prolifera membranacea : ramentis inferne
angustatis. *Fucus scoparius. Strom. sondm. 93.*
- lanceolata.* V. lanceolata plana. *Tremella marina porrifolio. Dill.
musc. 46. t. 2. f. 5. Habitat in Oceano.*

- labyrinthi*-6. V. cellulis labyrinthiformibus prominentiisque clau-
formis. *Vandell. therm. 120. t. 2.*
Linza. 8. V. fronde oblonga bullata.
prunifor. 9. V. subglobosa solitaria intus succulenta.
granulata. 10. V. globosa farcta viridis. *Mant. 136.*

1207. CONFERVA. *Tubercula* inaequalia, in fibris
capillaribus, longissimis.
1633.

* *Filamentis simplicibus, aequalibus, geniculis desitutis.*

- riuularis.* 1. C. filamentis simplicissimis aequalibus longissimis.
fontinalis. 2. C. filamentis simplicissimis aequalibus digito brevioribus.

* * *Filamentis ramosis, aequalibus.*

- bullosa.* 3. C. filamentis aequalibus ramosis, bullas aereas includentibus.
canalicul. 4. C. filamentis aequalibus basin versus ramosioribus.
amphibia. 5. C. filamentis aequalibus ramosis: exsiccatione coeuntibus in aculeos.
littoralis. 6. C. filamentis aequalibus ramosissimis elongatis scabriusculis.
aeruginosa. 7. C. filamentis ramosis mollibus digito brevioribus viridissimis.
dichotom. 8. C. filamentis aequalibus dichotomis.
scoparia. 9. C. filamentis proliferis fastigiatis hirtis.
cancellata. 10. C. filis ramosis: filamentis alternis breuibus multipartitis digitatis.

* * * *Filamentis anastomosantibus.*

- reticulata.* 11. C. filamentis reticulato-coadunatis.

* * * * *Filamentis nodosis.*

- fluuiati-* 12. C. filis simplicissimis setiformibus rectis: geniculis
lis. crassioribus angulatis.
gelatino- 13. C. filis ramosis moniliformibus, articulis globosis
sa. gelatinosis.

* * * * * *Filamentis geniculatis.*

- capilla-* 14. C. filis geniculatis simplicibus: articulis alternatim
ris. compressis.
corallin. 15. C. filis geniculatis dichotomis.
catenata. 16. C. filis geniculatis: articulis cylindricis.
polymorp. 17. C. filamentis geniculatis, ramis fasciculatis.
varabun- 18. C. filamentis geniculatis flexuosis, ramis ramulis-
da. que breuioribus.
glomera- 19. C. filamentis geniculatis, ramulis breuioribus mul-
ta. tifidis.
rupestris. 20. C. filamentis geniculatis ramosissimis viridibus.
aegagropi- 21. C. filamentis geniculatis ramosissimis e centro con-
la. fertissimis globum constituentibus.

1208. BYSSVS. *Lanugo* aut *Puluis* simplicissimus.

1637.

* *Filamentosae.*

- flos aquae.* 1. B. filamentis plumosis natantibus.
cancellata. B. filis exacte vndique cancellata: *Byssus cancellata. Lederm. micr. t. 72. Habitat in aquis dulcibus; natans tanquam mucor virescenti-luteus.*
phosphor. 2. B. lanuginosa violacea lignis adnascens.
velutina. 3. B. capillacea viridis: filamentis ramosis.
aurea. 4. B. capillacea puluerulenta, fructificationibus sparsis, filamentis simplicibus ramosisque.
cryptarum. 5. B. capillacea perennis cinerea tenax rupi innata.

* * *Puluerulentae.*

- antiquit.* 6. B. puluerulenta atra.
saxatilis. 7. B. puluerulenta cinerea rupes operiens.
Jolithus. 8. B. puluerulenta sanguinea saxis innascens.
candelar. 9. B. puluerulenta flaua lignis adnascens.
botryoid. 10. B. puluerulenta viridis.
incana. 11. B. puluerulenta incana, farinae instar strata.
lactea. 12. B. puluerulento-crustacea albissima.

F V N G I.

1209. AGARICVS. *Fungus* horizontalis, subtus lamellosus.

1639.

* *Stipitati, pileo orbiculato.*

- Chantar.* 1. A. stipitatus, lamellis ramosis decurrentibus.
- quinque-partitus.* 2. A. stipitatus, pileo subflavescente partito, lamellis albidioribus interne dentato-connexis.
- integer.* 3. A. stipitatus, lamellis omnibus magnitudine aequalibus.
- muscarius.* 4. A. stipitatus, lamellis dimidiatis solitariis, stipite voluato: apice dilatato, basi ovata. *Mich. gen. t. 78. f. 2.*
- dentatus.* 5. A. stipitatus, pileo conuexo, lamellis basi mucrone dentatis.
- deliciosus.* 6. A. stipitatus, pileo testaceo scabro lutescente.
- lactifluus.* 7. A. stipitatus, pileo plano succo lactescente, lamellis rufis, stipite longo carneo.
- piperatus.* 8. A. stipitatus, pileo planiusculo lactescente: margine deflexo, lamellis incarnato-pallidis.
- campestris.* 9. A. stipitatus, pileo conuexo squamato albido, lamellis rufis.
- georgii.* B. A. stipitatus, pileo flauo conuexo, lamellis albis. *Fl. succ. 1210.*
- violaceus.* 10. A. stipitatus, pileo rimoso: margine violaceo tomentoso, stipite caerulescente lana ferruginea.
- cinnam.* 11. A. stipitatus, pileo sordide flauo, lamellis luteo-rufis.
- viscidus.* 12. A. stipitatus, pileo purpurascente-fusco viscido, lamellis fusco-purpurascensibus.
- equestris.* 13. A. stipitatus, pileo pallido: disco stellatim luteo, lamellis sulphureis.
- mammofus.* 15. A. stipitatus, pileo conuexo acuminato griseo, lamellis conuexis griseis crenatis, stipite nudo.
- elypeatus.* 16. A. stipitatus, pileo hemisphaerico viscido acuminato, lamellis albis, stipite longo cylindrico albo.
- extinctorius.* 17. A. stipitatus, pileo campaniformi albido lacero, lamellis niueis, stipite subbulboso subulato nudo.
- crinitus.* 25. A. stipitatus, pileo infundibuliformi piloso, lamellis aequalibus, stipite filiformi.

- fmeta-* 18. A. stipitatus, pileo campanulato lacero, lamellis
rius. nigris lateraliter flexuosis, stipite fistuloso.
- campanu-* 19. A. stipitatus, pileo campanulato striato pellucido,
latus. lamellis adscendentibus, stipite nudo.
- separatus.* 20. A. stipitatus. pileo laevi liuido, lamellis nigrican-
tibus separatis, stipite bulboso voluato.
- fragilis.* 21. A. stipitatus, pileo conuexo viscido pellucido la-
mellis que luteis, stipite nudo.
- umbellife-* 22. A. stipitatus, pileo plicato membranaceo, lamel-
rus. lis basi latioribus.
- androsfa-* 23. A. stipitatus albus, pileo plicato membranaceo,
ceus. stipite nigro.
- clauus.* 24. A. stipitatus, pileo luteo conuexo striato, lamellis
stipiteque albis.

* * *Parasitici, acaules, dimidiati.*

- Quercin.* 25. A. acaulis, lamellis labrynthiformibus.
- Betuli-* 26. A. acaulis coriaceus villosus: margine obtuso, la-
mus. mellis ramosis anastomosantibus.
- Alneus.* 27. A. acaulis, lamellis bifidis puluerulentis.

1210. BOLETUS. *Fungus horizontalis, subtus po-*
1645. *rosus.** *Parasitici acaules.*

- Fauus.* 5. B. acaulis subpuluinatus scaber fetis erectis ramosis,
poris patulis angulatis.
- suberosus.* 1. B. acaulis puluinatus albus laevis, poris acutis dif-
formibus.
- fomenta-* 2. B. acaulis puluinatus inaequalis obtusus, poris tere-
rius. tibus aequalibus glaucis.
- igniarius.* 3. B. acaulis puluinatus laevis, poris tenuissimis.
- sangu-* 6. B. acaulis submembranaceus ruber, poris impalpa-
neus. bilibus.
- versicol.* 4. B. acaulis, fasciis dicoloribus poris albis.
- suaveol.* 7. B. acaulis, superne laevis, salicinus.

* * *Stipitati.*

- perennis.* 8. B. stipitatus perennis, pileo vtrinque planiusculo,

- viscidus.* 9. B. stipitatus, pileo puluinato viscido, poris teretibus conuexis immerfis distinctis, stipite lacero.
- luteus.* 10. B. stipitatus, pileo puluinato subuiscido, poris rotundatis conuexis flauissimis, stipite albido. Pilsen. Müller oratio de Suampe. Hafn. 1763. 4:10.
- bovinus.* 11. B. stipitatus, pileo glabro puluinato marginato, poris compositis acutis: porulis angulatis breuioribus.
- granulatus.* 12. B. stipitatus, pileo viscido puluinato, poris teretibus subangulatisque truncatis: angulo granulato.
- subtomentosus.* 13. B. stipitatus, pileo flauo subtomentoso, poris subangulatis difformibus fuluis planis, stipite flauo.
- subsquamosus.* 14. B. stipitatus, pileo albido, poris difformibus oblongo-flexuosis niueis.

1211. HYDNUM: *Fungus* horizontalis, subtus echinatus.
1647.

- imbricat.* 1. H. stipitatum, pileo conuexo imbricato.
- repandum.* 2. H. stipitatum, pileo conuexo laeui flexuoso.
- tomentos.* 3. H. stipitatum, pileo plano-infundibuliformi.
- auriscalp.* 4. H. stipitatum, pileo dimidiato.
- parasitic.* 5. H. acaule arcuato-rugosum tomentosum.

1212. PHALLVS. *Fungus* supra reticulatus, subtus laeuis.
1648.

- esculent.* 1. PH. pileo ouato celluloso, stipite nudo rugoso.
- impudic.* 2. PH. voluatus stipitatus, pileo celluloso.

1213. CLATHRVS. *Fungus* subrotundus, cancellatus.
1648.

* *Acaules.*

- cancellat.* 1. C. acaulis subrotundus. Col. echp. 1. p. 337. t. 336. Barr. ic. 1265.

* * *Stipitati.*

- denudat.* 2. C. stipitatus, capitulo oblongo voluato.
- nudus.* 3. C. stipitatus, capitulo oblongo axi longitudinali adnato,
- recuruus.* 4. C. stipitatus, capitulo globoso, glande ouali.

1214. HELVELLA. *Fungus turbinatus.*
1649.

* *Stipitata.*

mitra. 1. H. pileo deflexo adnato lobato difformi.

* * *Acaulis.*

pineti. 2. H. acaulis.

1215. PEZIZA. *Fungus campanulatus, sessilis.*
1649.

lentifer. 1. P. campanulata lentifera.

punctata. 2. P. turbinata truncata, disco punctato.

cornucop. 3. P. infundibuliformis, disco patente sinuato punctato.

acetabul. 4. P. cyathiformis: extus angulata venis ramosis.

cyathoid. 5. P. cyathyformis: margine obtuso erecto.

cupularis. 6. P. globoso-campanulata: margine crenato.

scutellat. 7. P. plana: margine conuexo piloso.

cochleata. 8. P. turbinata cochleata.

Auricula. P. concaua rugosa auriformis. Eluella sessilis membranacea rugosa et crispa, forma concaua. *Gledit. fung. 39.* Tremella sessilis membranacea auriformis cinerea. *Sp. pl. 1625.* *Fl. suec. 1137.* auctoritate Cl. Gleditschii ad *Fungus arboreos* hanc speciem referre cogor, qui antea eum Dillenio pro *Lichene habui.* *Vaill. pari. t. 11. f. 8.*

1216. CLAVARIA. *Fungus laevis, oblongus.*
1651.

* *Indiuisae.*

pistillaris. 1. C. clauaeformis simplicissima.

militaris. 2. C. clauata integerrima capite squamoso.

ophioglos. 3. C. clauata integerrima compressa obtusa.

* * *Ramosae.*

digitata. 4. C. ramosa lignea nigra.

Hypoxyl. 5. C. ramoso-cornuta compressa.

coralloid. 6. C. ramis confertis ramosissimis inaequalibus.

fastigiata. 7. C. ramis confertis ramosissimis fastigiatis obtusis luteis.

muscoïd. 8. C. ramis ramosis acuminatis inaequalibus luteis.

1217. LYCOPERDON. *Fungus subrotundus, Seminibus farinaceis repletus,*
1653.

* *Solida, subterranea absque radice.*

- Tuber.* 1. L. globosum solidum muricatum, radice destitutum,
seruicum. 2. L. globosum solidiusculum centro farinifero, radice destitutum.

* * *Puluerulenta, radicata supra terram,*

- Bouista* 3. L. subrotundum: lacerato-dehiscens.
aurantium. 4. L. sphaeroidale basi rugosum stipitatum: laciniis obtuse emarginatis dehiscens.
stellatum. 5. L. volua multifida patente, capitulo glabro: ore acuminato plicato.
Carpobolus. 6. L. volua multifida, fructu globoso ex seminibus combinatis.
radiatum. 7. L. disco hemisphaerico, radio colorato.
pedunculatum. 8. L. stipite longo, capitulo globoso glabro: ore cylindrico integerrimo.

* * * *Parasitica, in farinam fatescentia.*

- pisiformis.* 11. L. globosum scabrum: ore perforato. *D. Blom.*
Epidendr. 9. L. cortice farinaeque purpurea.
epiphyl- lum. 10. L. aggregatum parasiticum: ore multifido lacero: puluere fuluo.

1218. MUCOR. *Fungus vesiculis stipitatis.*
1655.

* *Perennes.*

- sphaerocephalus.* 1. M. perennis, stipite filiformi nigro, capitulo globoso cinereo.
lichenoides. 2. M. perennis, stipite subulato nigro, capitulo lenticulari cinereo.
Embolus. 3. M. seta nigra, villo fusco.
fuluus. 4. M. perennis pallidus, pileo fuluo.
furfuraceus. 5. M. perennis viridis, foliis furfuraceis, stipite filiformi, capitulo globoso.

* * *Fugaces.*

- Mucedo.* 6. *M. stipitatus*, capsula globosa. *Mich. gen. t. 95. f.*
 2, 4.
- leprosus.* 7. *M. fetaceus*, seminibus radicalibus.
- glaucus.* 8. *M. stipitatus*, capitulo subrotundo aggregato.
- crustac.* 9. *M. stipitatus*, spicis digitatis.
- cespitosus.* 10. *M. stipite ramoso*, spicis ternatis.
- Erysiphe.* 11. *M. albus*, capitulis fuscis sessilibus.
- septicus.* 12. *M. unctuosus* flavus.

APPENDIX.

PALMAE spathaceae, tripetalae.

* *Abellifoliae.*

1219. CHAMAEROPS.	dioica.	<i>Drupae tres.</i>
1220. BORASSVS.	dioica.	<i>Drupa 3-sperma.</i>
1221. CORYPHA.	<i>Drupa 1-sperma.</i>

* * *Pennatifoliae.*

1222. CYCAS.	dioica.	<i>Drupa 1-sperma, sicca, 2-valuis.</i>
1224. PHOENIX.	dioica.	<i>Drupa 1-sperma.</i>
1227. ZAMIA.	dioica.	<i>Spadix ouatus ex calycibus (forma Cupressi aut Equiseti fructificationis.)</i>
1284. ELAIS.	dioica.	<i>Drupa 1-sperma, coriacea. Cal. et Cor. 6-partita.</i>
1225. ARECA.	monoica.	<i>Drupa 1-sperma, calyce imbricata.</i>
1226. ELATE.	monoica.	<i>Drupa 1-sperma.</i>
1223. COCOS.	monoica.	<i>Drupa 1-sperma, coryacea.</i>

* * * *Bipennatifoliae.*

1228. CARYOTA.	monoica.	<i>Drupa 2-sperma.</i>
----------------	----------	------------------------

PALMAE.

- 1219. CHAMAEROPS. HERMAPHR.** *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* 6. *Pist.* 3. *Drupae* 3, monospermae.
1657. **MASCVL.** dioici, vt in hermaphrodito.
- humilis.* 1. CH. frond. palmatis plicatis, stipit. spinosis.
- 1220. BORASSVS. MASC.** *Cal.* . . . *Cor.* 3-partita. *Stam.* 6.
1657. **FEMIN.** *Cal.* . . . *Cor.* 3-partita. *Styli* 3. *Drupa* 3-sperma.
- flabellif.* 1. B. frond. palmatis plicatis cucullatis, stipit. ferratis.
- 1221. CORYPHA. . . . Cal. . . . Cor.** 3-petala. *Stam.* 6. *Pist.* 1.
1657. . . . *Drupa* 1-sperma.
- ymbracul.* 1. C. frond. pinnato-palmatis plicatis filoque interioribus: vix floret ante 30-s. 40. aetatis annum. HM.
- 1222. CYCAS. . . . Drupa** sicca nucleo bivalui.
1658.
- circinalis.* 1. C. frond. pectinatis circinalibus: foliolis linearibus planis.
- 1223. COCOS. MASC.** *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* 6.
1658. **FEMIN.** *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 3-petala. *Stigm.* 3. *Drupa* coriacea.
- nucifera.* 1. C. inermis, frond. pinnatis: foliolis replicatis ensiformibus.

guineensis. 2. *C.* aculeata tota, frond. distantibus, rad. repente.
Mant. 137.

1224. PHOENIX. MASC. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* 3.
1658.
FEM. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Pist.* 1. *Drupa* ovata.

daflylife-ra. 1. PH. frond. pinnatis: foliolis complicatis ensiformibus.

1284. ELAIS. MASC. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-fida. *Stam.* 6.
FEM. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-petala. *Stigmata* 3. *Drupa* fibrosa. *Nux* 1, triualuis.

guineensis. E. frond. pinnatis: stipitibus dentato-spinosis divergentibus: denticulis supremis recurvatis. *Mant.* 137.

1225. ARECA. MASC. *Cal.* . . . *Cor.* 3-petala. *Stam.* 9.
1659.
FEM. *Cal.* . . . *Cor.* 3-petala. *Drupa* calyce imbricato.

Cathecu. 1. A. frond. pinnatis: foliolis replicatis oppositis praemorsis.

oleracea. 2. A. foliolis integerrimis. *Jacq. amer.* 278. t. 170.

1226. ELATE. MASC. *Cal.* . . . *Cor.* 3-petala. *Stam.* 3.
1659.
FEM. *Cal.* . . . *Cor.* 3-petala. *Pist.* 1. *Drupa* ovata, acuminata.


sylvestris. A. E. frond. pinnatis: foliolis oppositis.

127. **ZAMIA.** *Fructificatio obscura, structura flor.*
1659. *Equiseti.*

pumila. 1. **ZAMIA.**

1228. **CARYOTA. MASCVL.** *Cal. communis. Cor.*
1650. *3-partita. Stam. plurima.*
FEMIN. *Cal. idem. Cor. 3-parti-*
ta. Pist. 1. Bacca 2-sperma.

erens. A. C. *frond. bipinnatis : foliolis cuneiformibus oblique*
praemorsis.



ADDEN-

O Domine DEVS!

Multa fecisti Mirabilia Tua!
Cogitationibus Tuis non est similis Tibi!
Annunciaui et locutus sum;
Plura sunt, quam ut narrare possim.

Dauid. Psalm. XL. 6.

A D D E N D A.

curuatum. PANICVM panicula racemosa, glumis curuatis obtusis neruosis.

Habitat in Suratte.

Culmi filiformes, laeues. Folia lanceolata, laeyia, subtus quinqueneruia, margine scabra, vaginis profunde striatis. Panicula erecta, angusta: ramis subramosis; racemosis. Calyces florentes subsubulati, extrorsum curuati, striati, mutici: valuula extima sub curuatura, minutissima, membranacea, cordata, acuta. Cal. frutescentes triplo maiores fiunt; ouales, gibbi, obtusissimi, profundi multifulcati, purpurascens. Corolla calyce dimidio breuior, membranacea.

spadicea. FESTUCA floribus paniculatis secundis quinquefloris: flosculo ultimo sterili, foliis laeuibus.

Gramen alpinum latifolium, panicula heteromalla spadicea, locustis pinnatis. Scheuch. gram. 278.

Habitat Monspeli. Gouan.

Altitudo quadripedalis. Panicula heteromala. Flores magni ut in Fest. elatiore: flosculis magis distantibus, acutis, basi subnodosis: Flosculus ultimus saepius sterilis. Stamina violacea.

lucida. RVBIA foliis senis sessilibus ellipticis perennantibus lucidis, caule laeui.

Habitat in Maiorca. D. Richard. 24.

Planta semperuirens, similis Rubiae peregrinae. Folia margine tantum retrorsum scabra, non carinata. Flores paniculati, pallidi, mucronati, quinquesidi.

infesta. SCANDIX umbellulis confertissimis hemisphaericis, semine exteriori hispido.

Habitat D. Zoega ©.

Caulis erectus, vix pedalis, scaber. Folia Scand. Cerefolii. Umbella vniuersalis quinquesida; Partiales hemisphaericae, confertae. Inuolucella heptaphylla, subulata, non reflexa. Flores subradiati, albi: Flosculi circiter sex fertiles, reliqui masculi. Stamina flosculis longiora: Antheris purpurascens. Semina bina, sed exterius semen hispidum spinis articulatis; Interius semen scabrum tantum, vti fructus seu bina semina floris centralis.

Bunius. CARVM umbellis septemfidis, foliis radicalibus bipinnatis linearibus, caulinis subsetaceis.

Daucus petroselini vel coriandri folio. *Bauh. pin.* 150.

Saxifraga montana minor petroselini s. coriandri folio.

Moris. hist. 3. p. 274. f. 9. 1. 2. f. 16.

Bunius. *Dalech. hist.* 774.

Habitat in Pyraeneis. *D. Gouan.*

Semina oblongiuscula, sulcata costis 3 dorsalibus membranaceo-compressis. Flores albi, aequales, abortivi. Involucrum saepius vno foliolo subulato. Umbellae septemfidae. Umbellulae septemflorae.

ericoides. PASSERINA foliis subtriquetris nudis, corollis tubi globosis.

Habitat ad Cap. b. spei. *b.*

Frutex quasi medius inter *P. filiformem* et *hirsutam*. Folia opposita, ovato-linearibus, laevia, obtusa; Floralia vero quaternaria, basi paulo latiora. Ramuli incani, vix tomentosi. Flores sessiles, solitarii, laterales. Corollae tubus globosus, inflatus, limbo suo fere latior, unde et *Ericam* refert flore. Semen nigrum, nitidum, ovatum.

fasciculata. ARENARIA caule erecto stricto, floribus fasciculatis, petalis brevissimis, foliis subulatis.

Habitat Monspelii. *D. Gouan.* ☉.

Caulis vix palmaris, erectus, strictus, rigidulus, subpubescens: Ramis alternis, brevibus. Folia linearibus, acuminata, erecta, internodiis longiora, subcanaliculata, subciliata. Flores fasciculati: fasciculis terminalibus, dichotomis: pedunculis brevissimis, solitariis, e dichotomia sublateralibus. Calyx erectus: foliolis subulatis, acuminatis, striatis, subciliatis, longis inaequalibus. Petala ovato-oblonga, alba, omnium minutissima. Stamina 10, alba: Antheris didymis, globosis. Styli 3, longitudine $\frac{1}{2}$ calycis s. petalis duplo longiores. Capsula calyce dimidio brevior.

Planta distincta ab *Alfina mucronata*, quae tenera, debilis, longa; accedit figura aliquatenus ad *Hell. helv.* t. 7. f. 2. sed Folia Caulis Floresque longiora, rigidiora, crassiora (in mea) omnia.

- Stella.* **ASTRAGALVS** caulescens diffusus, capitulis pedunculatis lateralibus, leguminibus rectis subulatis mucronatis.
Astragalus annuus maritimus procumbens latifolius, floribus pediculo insidentibus. Tournef. inst. 416.
Astragalus hirsutus, corniculis plurimis vno pediculo stelliformiter adaptis. Pluk. phyt. 79. f. 4.
Glauci leguminosae affinis. Bauh. prodr. 150.
Stella leguminosa. Bauh. hist. 2. p. 350.
Habitat in Europae australis potissimum maritimis. D. Gouan. ☉.
Planta simillima A. sesameo, distinguenda Capitulis longe pedunculatis Leguminibusque plurimis.

- stricta.* **COTVLA** foliis alternis pinnatifidis, caule erecto, floribus radiatis.
Habitat in Æthiopia. D. Burmannus.
Caulis pedalis. Folia pinnatifida, acuta, punctata. Flores terminales, solitarii, pedunculati, magni.

OBSERVANDA.

- pinnata.* **VERONICA** non modo Racemo terminali, nec laterali, sed etiam calyce aequali, fructu brevioris, nec calycis foliolis duobus exterioribus s. proximis maioribus, differt a *Veronica multifida*.

- alternifolius.* **CYPERVS** Culmo triquetro nudo; nec vestito vaginis foliorum altero latere truncatis, altero folium ferentibus. Foliis sessilibus basi quasi adglutinatis; nec basi vaginatis. Pedunculis proliferis: spicis ovatis; nec Pedunculis simplicibus alternatim spicatis more Bromi pinnati: Spicis linearibus longis; differt a Cypero spathaceo (de quo vide omissa.)

- marilandica.* **SPIGELIA** caule tetragono. Lonicera marilandica. Syst. nat. 12. p. 166. Plantam (de qua dabitabam. Sp. pl. 2. p. 247.) genuinam Spigeliae speciem esse docuit, specimen cum fructu missum a D. Hope; itaque Spigelia *anthelmia* foliis summis quaternis distinguitur.

- alternifolia.* 9. **ACHYRANTHES** ex nuperis observationibus cultura haustis, forte mera varietas *Achyranthis muricatae*.

ELLISIA descripta fuit *Fructificatione mutuata*; in hac emendanda: **BACCA** adde didyma. **SEM.** bina in singulo loculo, nec vno supra alterum.

IXIA **COROLLA** monopetala: *Tubus filiformis. Petala sex &c. adeoque Ixia hirsuta pag. 79. hirsuta.* **WACHENDORFIA** hirsutissima, umbella bifida racemosa dicenda.

RESTIO. Dioecia: Triandria.

MAS.

CAL. *Spica* ovata, vndique imbricata Squamis membranaceis, ovatis, unifloris.

COR. *Propria: Petala* sex, ovato-oblonga, subaequalia, squamis calycis breviora, membranacea, persistencia.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antherae* oblongae, erectae.

FEMINA.

CAL. *vt in Mar.*

COR. *vt in Mare.*

PIST. *Germen* subrotundum, sexsulcatum. *Stylæ* tres, subulati, erecti, persistentes. *Stigmata* filiformia, marcescentia.

PER. *Capsula* subrotunda, sexplicata: plicis paribus approximatis, rostrata stylis conuergentibus, trilocularis.

SEM. nonnulla, oblongo-cylindrica, obtusa.

dichotomus.

RESTIO

Schoenus capensis pag. 80. Gramen saepe sterile, quasi viuiparum e foliis minutissimis aliquot pilis interstinctis.

O M I S S A.

spathaceus.

4. **CYPERVS** culmo vaginis foliorum vestito, pedunculis pinnatis lateralibus. *Schoenus spathaceus. Sp. pl. 2. p. 63.*

cortusoid. 7. **PRIMVLA** fol. petiolatis cordatis sublobatis crenatis.

limoni-folia.

3. **CAMPANVLA** ramis patentibus indivisis, fol. radicalibus ellipticis laevibus integerrimis, flor. sessilibus ternis.

hispida.

16. **ARENARIA** fol. subulatis subtus hispidis.

Mastichina.

8. **THYMVS** flor. verticillatis, calyc. lanuginosis: dentibus setaceis pilosis.

Peri!

Perilloides. MENTHA caule folitario herbaceo. Ocimum frutescens. Sp. pl. 832. distinguenda a Perilla; cuius synonyma ad Mentham spectant, quamvis simillima, spicis secundis et Staminibus corolla fere brevioribus.

EXCLVDENDA.

<i>capensis.</i>	SCHOENVS.	pag.	80.	§.	17.	qui Restio.
<i>pumila.</i>	AGROSTIS.	90.	§.	19.	priori loco.
<i>mariland.</i>	LONICERA.	166.	§.	10.	quæ Spigelia.
<i>Luisianus.</i>	BRVNIA.	182.	§.	5.	quæ Protea.
<i>tomentos.</i>	RHVS.	218.	§.	11.	priori loco.
<i>alpina.</i>	SCVTELLARIA.	403.	§.	9.	posteriore loco.
<i>styracifol.</i>	HEDYSARVM.	493.	§.	6.	posteriore loco.